Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362162-p0001-4

VVRi.

Y 94.4°
qu

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362162-p0002-9

5.

*Auſpice Chriſto!*

Diſputationem Inauguralem,

*de*

# Lue Venereâ,

*Conſenſu Gratioſs. Facultatis Medicæ in Academia Wittebergenſi,*

PRÆSIDE

*Viro Nobiliſſ. Ampliſſ. Excellentiſſ. & Experientiſſ.*

DN. MICHAELE SENNERTO, Med. Doct.

Ejusdemq; Prof. Publ. Famigeratiſſimo,

*Dn. Præceptore, Patrono & Promotore, religioſè colendo,*

Pro Licentiâ,

Summos in Arte Medicâ Honores, Privilegia, & Inſignia Doctoralia legitimè impetrandi,

Publicè ventilandam proponit

M. ADAM PURPIUS.

*In Auditorio Majori, d. Menſ. Maij, Anno M. DC. LXXIX. Horis Ante- & Pomerid.*

Typis JOHANNIS SIGISMUNDI Ziegenbeins.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362162-p0003-5

a54.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362162-p0004-0

Quod fœlix ſit fauſtumq́;

de

# Lue Venereâ

## PROOEMIUM.

### §. 1.

VIrulentia Venereæ Luis ad Examen invitavit Medicorum plurimos. Hos juxta ſeriem enarratos ſupponam, partim ut moleſtus citandi labor evitetur, partim ut conſtet, quorum Auxiliis in cognoſcendo & curando Morbo Gallico proficere poſſit quilibet. Varietate gravium Doctorum abundat *Jordani Ziletti opus Venetum de Morbo Gallico.* Eundem ad Normam Mentis Hippocratico-Galenicæ & Experientiæ Chymicæ enucleant *Ludov. Mercatus T. 2. l. 7. Dan. Sennert. l. VI. M. Pr. Joh. de Vigo Pract. Chirurg. l. V. Hier. Capivacc. T. IV. l. 2. Joh. Zechius Tract. inſign. IV. Ambr. Paræus, L. XIIX. Op. Chirurg. Herc. Saxonia l. IX. Panth. Andr. Laurent. T. 2. Op. Med. Laur. Joubertus T. 2. de Variolâ Magnâ. Gabr. Fallopius, T. 2. l. 1. M. G. Arn. Weickardus Theſauri Pharmac. P. 3. Amat. Luſitanus Cent. 2. Curat. Medic. Melch. Sebitz Part. IX. Spec. Med. J. B. Montanus T. 2. Opuſc. Med. Joh. Colle Elucid. Chirurg. Tit. de L. G. Jacob Genathius Decad IV. diſp. Sel. Joh. Bapt. Sylvat. Controv. LXXIII. Theophr. Paracelſ. T. XII. Chir. Min. Part. 3. Bapt. Helmont. T. 2. Tit. IV. Oſvvald. Grembſ. L. 2. Arb. Integ. & Ruinoſæ. Petr. Foreſtus, Felix Platerus, Fabr. Hildanus, Petr. Poterius, Zacut. Luſitanus, Lazarus Riverius, Timæus* von Güldenklee/ *Philipp. Grünling, Georg. Horſtius, Wilh. Ballonius, in Obſervationib. Curat. & Conſil. Med.*

Venereæ Luis Doctores.

§. 2. Quibus jungantur Joh. Paſchalis, Alex. Fontana, Petr. Roſtinius, Alex. Petronius, Alph. Ferrius, Anton. Francamianus, A. M. Braſavolus, Ant. Scanarolus, A. N. Philothæus, Bened. Rinius, Bernhard. Tomitanus, Bened. Victorius, Domin. Leo, Georg. Vella, Franc. Frizimelica, Fel. Betera, Wilh. Rondeletius, Hier. Montuus, Horat. Guargantius, Jac. Catanæus, Joh. Almenar, Joh. Benedictus, Joh. Crato, Aloiſius La-

bera, Laurent. Friſius, Leonh. Schmauſ. Marin. Brocard. M. A. Blondus, Mich. Paſchalius, NatalRonteſaurii, Nic. Leonicenus, Nicol, Maſſa, Nicol. Pall. Joach. Krüppel, Gabr. Minutius, Georg. Dordenus, Petr. Haſſard, Petr. Maynard,, P. Trapolinus, Proſp. Borgaruccius, Wendel. Hook, Ulricus de Hutten, Sebaſtianus Aquilanus, Scipio ex Mercuriis, & Petr. Andr. Mattheolo, Libris de M.G. ac Malo Francico. Item, Augerius Ferrerius de Pudendagrâ Hiſp. & Lucas Ghinus de M. Neap. Mitius, & citra Nationum Infamiam, Opera ſua de Lue Venereâ inſcribunt, Edvvard. Maynvvaring, Lond. Joh. Macallone in Jatr. Chym. L.V. Hartm. in Pr. Chym. Barth. Sileber, Henr. Arniſæus, Joh. Saporta, Joh. Sylvius, Varandæus, Aurel Minadous, Ant. Lindenius, Joſeph Quercetanus, Leonh. Borall. Caſp. Forella, Nic. Macchell. Cypr. Maroxia, Fernel. Victor Manggus, & Joh. Petr. Albrecht, Hildeſ.

## CAP. I.

*Nomina L.V. (1) ratione Subjecti.*

§. 1. NOminum Lui Venereæ imponendorum, Ratio fuit varia. Illam ratione ſedis, *Pudendagram*, *Caſp. Forella*; *Mentagram & Peſtim vulvæ*, *Paracelſ. l. 3. cap. 1. Chirurg.* *Syphilidem Fracaſtor. l. 1. de M G. vocant.* Cohærentes affectus inſpiciens, *A. Minadous*, *Virulentiam Veneream*; *P. Poter. Cent. 1. obſ. xcviij* Ulcera Ægyptiaca, *de quib. Aretæus l. 1. cap. IX. de Cauſſ. Morb. Acut.* & ſcabiem Veneream; *Conr. Schelling*, Puſtulas Mali de Franciâ, die Frantzöſiſchen Pocken/ *Joubertus* variolam Magnam, *T. 2. Op. B. Dan. Sennertus, L. Vi M. P.* Gonorrhæam Gallicam; *Paracelſ. c. l.* Baſiliſcum & Sodomam Gallorum, dixit.

*(2) Effectuum.*

*(3) Originis.*

Famoſo Nomine Contagium venereum, maximè in Caſtris Gallorum diſſeminatum ad Neapolim, *Itali appellant Morbum Gallicum.* Ancipites Galli, num virulentæ Luis Fomitem excitaverit obſeſſa Neapolis; an verò huic ex Indiâ Occidentali ſuccurrens Miles Columbi, ſuccenſum diffuderit, *noviſſimum morbum perhibent fuiſſe modò Neapolitanum modò Hiſpanicum, atq; Scabiem vel variolam Hiſpanicam.* Hiſpani à concivibus remoturi dedecus, fædæ morboſitatis nativitatem *Indiæ occidentali tribuunt, in quâ primi, tanquam à populari propter Anthropophagiam affectu, ſint inquinati,*

*nati, referente Bapt. Helmont, T. 2. Tr. IV.* Meliora monitus à *B. Dan. Sennerto, l. VI. M. P.* ſine Gentium offenſione, à Cauſsâ & effectu nomenclaturam tribuendam capio, & putridum Morbum *cum Paræo, Fernelio & Capivacc.* appello *Luem Veneream. Hanc enim nullus contrahit hodiè, niſi vel contagio venereo, vel impuro concubitu inficiatur. Nec immunis eſt infectus à Symptomatibus horrendis. Laſcivè luxurians, fœdæ Scortationis pœnas luit abundanter. Vitalis Laticis Temperies adulteratur, ut Macies, Languor & Putredo ſuccedant. Animales Facultates langueſcunt enormiter. Vis Genitalium carioſo ulcere affligitur. Corpus univerſum conſumitur puſtulis putridis. Conf. Bolognin. Tr. 2. de Ulcer. Gall.*

*(4) Cauſſæ.*

*Nomenclat. Ratio.*

§. 2. Olim quidem illicitæ libidinis Flammas, vel effuſæ divinitùs Aquæ extinguebant, *Geneſ. cap. VI.* vel ultrices Flammæ conſumebant ſceleratas Terras, *Gen cap. XIX.* mitior hodie vindicta Dei, Venereos conficit ſcabie venereâ. Hanc Jobo propter Ulceroſitatem univerſalem, *tribuens Joh. Pineda, S. J. Comment. in Cap. 2 Job.* immemor fuit ulcerum Elephantiacorum & Syriacorum, quorum notæ deſcriptæ *ap. Cornel. Celſ. l. 3. cap. 25. & Anton. Alaymum in Conſ. de Ulc. Syr.* melius ſancto Viro conveniunt, *aſſentiente Th. Barth cap. VIII. de Morb.* Nec innotuit hoc Morbi Genus Seculis Antiquorum, juxta mentem Medicorum ferè omnium. Fruſtrà igitur & *Hier. Reuſn. & Fr. Valleſ.* pro Senio Luis in ſubſidium *citant Hipp. l. 3. Epid. Sect. 3. t. 11.* Recenſentur ibi ora exulcerata, Tubercula Pudendorum, Carnium ſuppurationes, denudationes & elapſus oſſium, fluxiones putridæ, defluvium capillorum, contabeſcentia, vox vitiata, ac membrorum dolor. Et hæc quidem L. V. Symptomata fatemur. Quibus tamen addit *Hippocr. t. 16. Febres ardentes, Phrenitidem; ac Carbunculos t. 26. Ignem ſacrum cum Ulcuſculis, t. 24. accumulata Funera, & Indolem Morbi Popularem, t. 23.* Ex quibus ſignis conjunctim colligo, D. Senem delineaſſe Febrem Peſtilentialem, Epidemicam & apprimè malignam. Irrita itidem judico, quæ afferunt *Aquilanus, Paſchalis, Scanarolus, Victorius, & nuperrimè Maynvvaring.* Per Hos Nomina Morbi Veteres ignora-

*Tempus orientis L. V. juxta Pinedam, S. J. Reuſner. & Valleſ. ſinguli convelluntur, & vindicatur Hippocrates.*

funt, neq; naturam ipſam. Benè *Helmont. t. 2. Tr. IV.* Non omnes Morbi ſimul venerunt in Palæſtram. Symptomata deſcriptorum ab illis affectuum, ad conſtituendam L. V. ſunt *Seculum verum additur.* inſufficientia; Nec poterat conſtare Ævo Priſcorum Morbus, cujus ſævitiam *primùm A. C. 3494. Miles Caroli IIX. Regis Gallici, in Caſtris Neapolitanis eſt expertus*; Ab illo reduce in Galliam, & infectis priùs tàm Italis, quàm Hiſpanis, propagata Lues in omnes Europæ Provincias.

*Modus ortæ L. V.* §. 3. At quo modo emerſerit eadem in Italiâ, ægrè conjiciunt DD. neq; in conjecturis conveniunt. Satis eruditè *cum* *(1) Helmôt.* *Helmont. T. 2. Tr. IV. ſuſpicatur Oſuv. Grembſ. L. 2. cap. V. Arb. Ruin.* illam fuiſſe introductam à Milite, in Obſidione Neapolitanâ *congrediente cum Equâ, Ulcere fœtido diffluente, quod noſtri vocant* den freſſenden Wurm. Morbus V. L. ſimilis, naturæ equinæ familiaris, purulentâ carie depaſcens pudenda, & curandus Hydrargiro, Fermentum contagioſum naturæ humanæ afflavit in Actu libidinis, perinde ac Idem à ſordidâ me- *(2) Paracelſi.* etrice in Teſtes Maris attrahitur. *Theophr. Paracelſ. l. 3. Chir. Cap. 3. Copulam leproſæ meretricis cum ſcabioſo Milite Gallo, accuſat.* Aus zweyen auſſätzigen Kranckheiten/ iſt dieſe Kranckheit entſprungen/daraus folget der Nahme Leprarum Filia, oder Leproſorum ſpurius. Cum forſan antea ſæpius leproſæ fuerint commiſtæ ſcabioſis, miror non innotuiſſe jam pridem Contagium venereum. Ignota enim Romæ Elephantiaſis & Lepra, ſub Principatu Auguſti benè conſtabat *C. Plinio l. XXVI. Hiſt. N.* Elephanticos etiam Mulierum conſvetudine uſos, *ex aſſentiente Aëtio, habet Th. Barth. cap.* IIX. *de Morb.* Nec unquam ab immundâ Venere immunis Italia fuit. Tiberii tempore, *Senatus gravibus decretis libidinem Illuſtrium fœminarum ſaltem coërcuit, permiſſo forſan plebejis quæſtu corporis. C. Tacit. l. 2. Ann. cap. 85. M. A. Seneca,* Seculi vitia & libidinem Poppeæ deteſtaturus *in Octav. Act. 2.* ait:

*Seculo premimur gravi,*
*Quo ſcelera regnant. Sævit impietas furens.*
*Turpi libido Venere dominatur potens.*

*(3) A. Minadoi.* *A. Minadous, Venet. de Virul. L. V.* aſſerens variorum Semi-

num

num in Utero Mulierum Indicarum corruptionem putridam, Inquinantem Milites Columbi, malè negligit Fluxum menſtruum, quo laborantes Fœminæ Indicæ, commodius corpuſcula virulenta concumbentibus inſinuaſſent. Europæos Illas in Æthiopico littore comprimentes, quandoq; confeſtim exſpiraſſe animam, *teſtatur Illuſtr. Dan. Sennert. l. VI. Med. Pr.* Menſtruatas enim, *& Moyſes cap. XV. Levit. immundas pronunciavit.* Variatur tamen & Sangvinis & Uteri conſtitutio. Seminum verò maligna putrefactio, nulla eſt *Wilh. Harv. Reg. Arch. de Generat. Anim. Exerc.* LXVII. cui per Experientiam multorum Annorum compertum, in Utero Cervarum & Damarum, in Canibus, Cuniculis aliisq; Animalibus plurimis, nihil prorſus abſoluto coitu reperiri, nihil etiam Seminii coagulari, *juxta Hippocr. l. de Nat. Puer t. 4. ſed uterum inſici contagioſo ſpiritu. vid. Ant. Deuſing. Geneſ. Microc. Joh. Bohnii Phyſ. de conc.* Datâ tandem illâ putrefactione, acris humor & fætidus concitaret ſpaſmos, Epilepſiam, Cruciatus lancinantes, febricitationes, & excarnificantia Tormina, *Nicol. Tulp. l. IV. Obſ. XL. & l. 1. Obſ. 10. quorum Hiſtoriæ ap. Hovat. Augen. l. 2. de Part. Hom Roſſet de Part. Cæſar. & Henr. Roonhuſ. Part. 1. obſervat. Medic.*

(4) *Leonicent. Vicent.* §. IV. *Nicol. Leonicenus*, ex putridis ſordibus Tyberis intumefactæ, propullulaſſe M. G. nobis perſvadet *Tr. de M. G.* Facta eſt Roma navigabilis, & ſtagnantibus Aquis maduerunt Agri. *Ideò Pomponius:*

*Tempore Alexandri Sexti, nonisq; Decembris,*
*Intumuit Tibris bis ſenas circiter ulnas;*
*Inſula, queq; domus, facta eſt mediisq; repentè*
*Circumducta viis æquabat Cymba feneſtras.*

Fœtidam hujuſmodi colluviem Semina virulentorum Morborum exonerare, demonſtrat quidem *Ath. Kircher. IX. Mund. Subter.* At incunabula L. V. Leonic. illi tribuit, contra Mentem *Hipp. cui Sect. III. Aph 15. Morbi ſqualentium & humidorum Temporum; ſunt Febres longæ, fluxiones Alvi, putredines, Comitiales & Syderationes: Joh. Lybault. Jac. Holl & Rod. à Forſ. in Comm. ad c. l.* Morbi Peſtilentiales. Effatum Hiſtoria fir-

mat,

mat. Tyberis inundationem, obruentem Romanorum cam-
pos, ſubſecuta Fames & Peſtilentia, *A. C 588 ſub Pelagio ſe-
cundo, teſte Blondo, Dec. 1 vol 8.* atq; *ſub Gregor. M 591. teſte Gre-
gor. Turonenſ.* Referente Platinâ in V. Bonif. IV. Hujus tempo-
re Roma laboravit Inundatione Aquarum, Fame, Peſtilentiâ &
fœdâ ſcabie, Elephantiaſin referente, quam humidi Veris Fæ-
turam, *Hippocr. dixit ſect. 3 Aph. XX.* Vehementiùs urgent,
anteà ſæpiùs & Italiam & reliquas Europæ partes, Aquarum
multitudine opprimentes fluvii, nec tamen excitantes *L. V.*
*Conf. Tacit. Annal 1. c. 76 Hiſt 1. c 86.* Eodem quoq; Tempo-
re in Romano Tybrim, in A‸ro Ferrarienſi & Mantuano Pa-
dum, in Veneto Atheſin exundaſſe, *Leonicen. c. l.* fatetur:
nec ſtrages hominum per V. L. ſed Peſtilentiam eſt edita.
(s) *Aſtro-log.* Aſtrologos, malignam Saturni & Martis cum retrogradâ
Venere conjunctionem, hanc ſævitiem evomuiſſe in Italiam,
divinantes, Pericæi redarguunt; qui ſub eodem latitudinis
Parallelo circumſiti, eundem Syderum aſpectum, nullam ve-
rò Syderum virulentiam participarunt. *v. Ath. Kirch. Itin.*
(s) *Fiora-vant.* *Exſtat. Part. 1. Juxtà Leonh. Fioravant.* Surreptis à Mercato-
ribus Hominum cadaveribus, & carnibus illorum coctis, in
obſidione Neapolitanâ, Milites ex diuturno uſu nutrimenti
Humani, utrinq; contraxerunt Morbum. *v. B. D. Sennert l.* VI.
*M. P.* Quam tamen Rationem Experientia enervat. Æthio-
pici Incolæ Regni Anzicani, hoſtium & laniatorum ſervorum
carne quotidie ſatiati, *per Schulteſ. l. 2 Geogr. c. 3.* Maſſage-
tæ & Scythæ tam jugulatorum, quàm mortuorum cadaveri-
bus veſcentes, *teſte Strabone l.* XI. eadem Lue carebant. Hanc
Americanis quoq; incognitam fuiſſe ante adventum Pamphi-
li, *Helmont perhibet T. 2. Tr. IV.* Ædepol ſi tantâ virulentiâ im-
bueret Anthropophagia, cupediarum loco Carnes humanas
non haberent Occidentales Indi. Adhuc hodie Peruviano-
rum & Braſileenſium quidam, captorum hoſtium fœminas
domi alunt prolis gratia, quam vix editam devorant. Ex
prægnantium aperto ventre, protractum fætum ſemivivum
deglutiunt, *prout ex Incâ Garcilaſſo refert Georg Horn. in Hiſt.*
(t) *Fallop.* *Ind §. VII. p* 42. Veriſimilius forſan cum *Gabr. Fallop. de M. G.*
dixeris,

dixeris, Hiſpanorum Scorta infecta ob Annonæ caritatem pulſa ex Neapoli, & excepta clanculum in caſtris Gallorum, hos malignâ Lue fœdaſſe, diſſeminandâ undiq;. (8) *Poſſibilis Naturæ.*

§. V. Noſti ita, nullo modo conſentire DD. in explicando ortu primo, licet conjecturis eruditis illorum ſententiæ innitantur. Verum, vel Indis olim inficientibus Hiſpanos, vel Hiſpanis & Gallis ſeipſos mutuò inficientibus, ſemina Morbi facilè ex propriis viſceribus ſunt genita; *vitio ſc. Victus, Aëris, Aquæ & corruptorum humorum.* Tam corroſivus liquor, conſumens oſſa & depaſcens carnem, intra corpus noſtrum confluit. Materia Cancri, Lepræ & peſtilentialium bubonum in nobis ipſis concipitur. Dolorificâ vermiculatione, in locis carnoſis & pudendis, ſcatent Nigritæ Guineæ, & accedentes Batavi. *Levin. Hulſius Cap. XLVIII.* der Siebenden Schiffarth/ Diſſectos Bubones Peſte peremptorum Romæ, innumerabili vermium fæturâ refertos, *vidit Julius Placentinus.* Ipſos humores benignos, malignâ putrefactione indolem venenoſam induere, tradunt *Cel. Sennert. l. 2. Inſt. M. Kirch. l. IX M S. Card. l. 1. de Ven.* Igitur, cum Morbos & Morborum Cauſſas alamus, Plagæ noſtræ etiam indies ſuccreſcant, vix dubitandum, quin fœda Lues apud Indos & Gentes quaslibet conflari potuerit, ex vapido ſanguine, aceſcente propter Exhauſtionem Veneream, vel Fermentum contagioſum; humoribus autem affluentibus verſus ſacras partes incalefactas, putreſcentibus, & Genitalia exedentibus pituitoſo ulcere, fœtido, maligno & contagium implantante concumbentibus. *conf. Edvv. MaynWaring. cap. IV. d. L. V.*

§. VI. Namq; & ipſa *Venerea Lues, eſt Morbus malignus, Chronicus, Partes occupans varias, nidificans in Acri-Aciao & Pituitâ viſcidâ, transplantandus contagioſè, Morbos verò ac Symptomata excitans plurima*: ratione quorum, non tàm Morbus, quàm Morborum colluvies videtur. Imbuens veſtes & Linteamina, tanquam Mucus, macula, vapor & Aura contagioſa, Corpus & cauſſa Morbi quidem, *juxta A. Minadoum*; hærens in carne vivente & humoribus, tanquam præternaturalis diſpoſitio, qualitas morboſa appelletur. Hoc duplici modo

*L. V. definitur per Formam, Subjectum. Cauſſas. Effectus.*

*eſt Morbus Similaris*

modo & cauſſa eſt Morbi & Morbus ipſe. Humores reddit corroſivos, Urinam acrem, Carnem ulceroſam, Sangvinem vapidum & partium temperies pervertit. Puſtulis exaſperat cutim *Organicus.* lævam, acri carie conſumit membra; Oſſa ſibi continua, & *Communis.* cohærentes glandulas, diſſolvit erodendo. Contagione mali- *Malignus.* gnâ introducitur. Virulentiam ſuam in corpore affecto multiplicat; putridum ac fætidum ſquallorem adjunctum habet, & Symptomata infert ſævisſima. Ex cauſſis malignis oritur, & effectus malignos edit.

*Chronicus quoad Principiū.* §. VII. Ratione Principii, Augmenti & declinationis morbus ſæpius eſt Chronicus. Confiteor quidem, interdum vix hauſta Fermenta Venerea, vi Spirituoſitatis, irrepere corpus & attactos humores ſibi aſſimilare. Puerum unius Menſem, laborantem L. V. mediante infecta Nutrice, plures intra breve intervallum contaminaſſe, *habet Amat. Luſit. Cent. 1. Curat. 49.* Veruntamen deliteſcens L. V. ſperma, ſenſim quoq; ſenſimq; ſuccreſcit; inſtar veneni peſtilentialis, deliteſcentis in Funebribus Inſtrumentis, Funibus, Linteis, Lectis & Induſiis, *per XIV; XX. ac XXX. Annos, eventilati tandem ſubitò. v. B. Dan. Sennert. l. VI. de Febr. Andr. Gallus Faſc. 3. d. Peſte.* Apud *Fel. Platerum l. 3. Obſ. Med.* quidam ante ſexennium commiſtus impuræ, ſentiebat demum Torturam & Scabiem Morbi Gallici. Elapſis V. menſibus, contagium L. V. vires exſeruit in Puellis duabus *ap. Sim. Jacob. Obſ. XVI.* Tophos Gallicos XXV. Anno à concepta Lue coagulatos, Illuſtriſſ. Viro diſcuſſit *Herc. Saxon. d. L. V. cap. XI.* Quandoq; leniora ulcu- *Augmentū.* ſcula in Naſo, Faucibus & Sacris locis enata, paulatim ſerpendo corpus univerſum adoriuntur; arrodendo autem conſumunt oſſa. Ut plurimum ex occulto & pedetentim ſpicula ſua corpori infigit M. G. nec uno impetu virulentiam omnem effundit. Fomitem illius poſt trigeſimum annum reviviſce- *Declinationem.* re annotat *Fernel. l. 2. de abd. Cauſſ.* Apud *Amat. Luſitan. Cent. 1. Curat. 49.* Infectus Morbo gallico, reſtitutus benè æſtimabatur. Interpoſitis X. Annis Uxorem duxit, cui demum intra VI. an- *addita Ratio.* nos ſcabiem Gallicam affricavit lentè. Spirituoſum enim fermentum, uno inſultu Principiis vitalibus non copulatur, nec

illa

illa ab Admiriſtratione debita ſeducit. (*ſenſim ſubjugata, ſenſim quoq; nocivum hoſtem recipiunt.*) Inſinuatum verò penitioribus Latebris, ægrè propter commiſtionem intimam à Partibus divellitur. Sopitum, propter volatilem ſpirituoſitatem reſuſcitatur promptè; & reſuſcitatum, aliquando vel ſopitur, vel tarda incrementa capit propter fixam cruditatem & vitalitatem procul arcentem maligna.

§. IX. Indifferenter à cujuslibet ætatis homine recipitur. Embryonem in Utero matris affectum, *curavit Sam. Formius Obſerv. XXVI.* Juvenum fermenteſcibiles humores facilè corripit. Non adeò expeditè ſuccendit frigidum ſangvinem ſenum, *teſte Fallop. Cap. XXII. de M. G.* Mulierum Mammillas, Fauces & Pudenda exulcerat. Minus Septentrionales; magis verò æſtuantium Provinciarum Incolas affligit. Illorum enim habitus denſior & humores magis conſtipati: Horum Sangvis inflammabilior facilè incaleſcit. Partes obſidet modò externas modò internas. Illæſis Pudendis & cruribus, cum Oſculo, Lacte & Salivâ communicatum, Labia, Fauces, Palatum ac glandulas capitis penetrat. Hauſtum per ſangvinem maternum, veſtes infectas, & ſudorem contagioſum, fermentando in cute puſtuloſam ſcabiem excitat. Attractum in concubitu impuro, veſtigia circa Obſcœna utriusq; Sexus effingit. Pars primò recipiens, ſedes quoq; eſt primò affecta. Ab exterioribus miſſum ad Interiora, ſanguini inſinuatur & Lymphæ: Circulatum cum ſanguine, virus ſuum imprimit pulmonibus, Cordi, Capiti, Faucibus, Cerebro, Veſicæ, Renibus, Partibus ſacris, oſſibus, Glandulis, Cuti, Lacti, Salivæ, Semini, humori & membro cuilibet, quod motus ſangvis allambit. Tam latè errat & diffunditur, ut nulla Pars ſit exempta. Et quanquam non omnis ſimul, nec ſemper afficiatur, affici tamen poteſt. Igitur non aliqua determinata ſedes Morbi vagabundi; ſed diverſa pro hujus more & ætate eſt ſtatuenda. Regiam ejus ſedem in Hepar, tanquam corruptæ in V. L. ſangvificationis Fontem, non collocaſſent *Nicol. Maſſa & Ludov. Mercat. T. 2. l. 7.* ſi obſervaſſent olim, (1) Hepar nec diſtribuere pulſantem ſanguinem, nec ſupremo ſanguificationis officio fungi,

*Subjectum generale.*

*Sedes affecta ſpecialis externa,*

*& interna.*

*Confutatur ſedes falſa.*

*propter inventum hodiè à Th. Barthol. & Pecqueto* ductum Thoracicum. (2) maximè ſanum exiſtere adhuc Hepar, reliquis Partibus Venereorum putrefactis, *notante Maynwaring. cap. VI. L. V.* Cutis verò licet defædetur Puſtulis; Calvaria evadat gummatoſa, Caput doleat, & Pudenda vel impleantur verrucis vel erodantur Carie, nulla tamen illarum Partium eſt adæquata ſedes Fermenti Venerei, atq; Venenoſi.

§. IX. Vim hujus malignam, & excitantem proximè & alentem immediatè L. V. accipio ; naturam vix determinare audeo. Pruritus dolorq;, Scabies fætida & Citrina; Bubones Inguinum rubentes calidiq;, tantum Intemperiem Atrabilariam, Biliariam, Pituitoſam & ſanguineam demonſtrare videntur *P. A. Matthiolo Tr. d. M. G.* At humores, primis qualitatibus inſtructi, nihil virtutis contagioſæ & virulentæ, quâ utraq; pollet V. L. alunt. Tanta quoq; Morbi Symptomata non procreant. Inflammatio ſanguinea, calore oſſa non exedit. Putredo pituitoſa, humiditate non corrodit carnem. Acredo Bilioſa nec ſanioſam Scabiem gignit, nec Guajaco temperatur. Atrabilarii ſucci, (*planè confutati à Conring. Cap. XII. de Generat. Sang.*) Signa occurrunt nulla. Generandus eſt ille per aduſtionem Melancholiæ, *teſte And. Veſal. l. V. c. 9. de Fabr. C. H.* Lues autem Venerea maximè infeſtat Partes perpetuo madore ſquallidas, ſc. Fauces, Nares, Pudenda, & mammillas. Ex apertis Bubonibus & Ulceribus manans ſanies, flava eſt Citrina, & fuſca. Atredinem aduſtam qualem in Membris, putrefaciente Gangrænâ emortuis, obſervamus, non refert. Igitur ad illas Cauſſas generatio L. V. non ſpectat.

*(I) Cauſſa Continens. hæc non ſimplex Intemperies.*

§. X. Fermenta, à quibus gravium Morborum fluit ſcaturigo, omnem ferè Naturæ Scenam & implent & abſolvunt. Eadem ideò Divina dixit Hippocrates, juxta Helmont. Odor veſtis aut Chartæ peſtilenti Labe infamis, imperceptibili Fermento venenoſo nos contaminat. *Kircher d. Peſte Sect. 2.* Minima portio Liquoris à mordente Hæmorrhoo eructata intra carnem, effervefactum ſangvinem per omnes vias proturbat. *A. Sever. l. 3. d. Vip. Pyth.* Tantillum Salivæ, injectæ per rabioſum canem, Ideam ſuæ rabiei traducit. Demorſus mordet, latrat,

*Sed Fermentum minimum.*

trat, pavet ad conſpectum liquidorum, ſæpe cum canibus ſagacitate certat, & virtute effluviorum odorabilium, prænuntiat acceſſuros ex longinquo Amicos, *teſte Borello Cent. 3. Obſ. 68.* Vermiculos canino capite in Vulnere & ambeſo veſtium loco ſuccreſcere, referunt *Illuſtr. Dan. Sennert. l. 2. Inſt. Med. Salmuth. Cent. 2. obſervat.* Similia Fermenta Venerea, transmutando Corpus humanum, V. L. excludunt proximè & fovent. Fermentati ſangvinis efflorеſcentiæ ſunt Puſtulæ, Scabies & putredo ſubſequens. Ebullientes intra carnem humores, dolorem prurientem; circa exanguia loca, dein coagulati, Tophos gummatoſos conſtituunt. Ipſa Fermenta in minimâ quantitate, per oſculum, ſudorem, & halitum ore frequentius, vel vaporem Latrinarum Pudendis exceptum, penetrant corporis intima, partibus uniuntur ſingulis, humores putrefaciunt confeſtim, & occupatam œconomiam inhabitant.

*cujus Exiſtentia demonſtrata per ſimilia, ſigna & cauſſas.*

§. XI. Illa *cum Dan. Sennert. L. VI. P. IV. Med. Pr.* Poteſtates voco totâ ſubſtantiâ activas, malignas, venenoſas & contagioſas. *Conf. Joh. Riol. d. abd. Cauſſ. Cap. X. Euſtach. Rudius d. M. occult. l. 1. C. V.* Producta Lues qualitate venenoſâ ac contagioſâ gaudet; ex minimo corpuſculo ſæpe reviviſcit; Spirituoſa, humoroſa & ſolida alterat; Medicamentis ſaltem ſpecificis & Alexipharmacis profligatur; nec vulgaribus cedit, corrigentibus Intemperies notas. Confitendum igitur eſt, aliquid venenoſi & maligni morboſis Fermentis ſubeſſe. Illorum tamen naturam ulterius examinans, convincor penitus, eandem quoq; ex Acri-acido conflari, cui ex colliquefacto corpore pituita viſcida eſt addenda. *Divo Hippocr. t. 24.* inſunt Homini ſalſum, acidum, & infinita alia, facultates habentia omnigenas. T. 42. Acidus etiam humor, reliquos præcellens maximè eſt incommodus. Ex puſtulis diffluens, ſuperficialem cutim acidâ acredine erodit. Peſſum argenteum & candidum in Pudenda *mittens Henric. ab Heer*, arroſum ab acido & omni pice nigriorem *vidit obſervat. XIV.* Ejusdem corroſivi abundantiam in L. V. imprimis peccare, unanimiter *confitentur DD. Petr. Faber in Chirurg. Spagyr. Theophr. Paracelſ. T. XII. in Chirurg. Min.* Et ſenſus fidem faciunt. (1) Enim ex virtute

*quoad Eſſentiam (1) eſt venenoſum.*

*(2) acreacidum.*

*demonſtrãt Autoritates DD.*

 acris-

Acris acidi & viſcidæ pituitæ, Effectus V. L. proficiſcuntur, (2) juvantia ægrum, tollunt hanc duplicem cauſſam, eandemq; (3) Nocentia augent. (4) Ab utraq; etiam Ratio Symptomatum capitur aptè. ſingula ſcrutemur diſtinctim.

*L. V. Effectus.*

§. XII. Oſſa allambens Acidum, hæc corrodit frequenter illitus Vitrioli Spiritus, dentes comminuit. Acidum putrefaciendo carnem colliquefacit. Membranoſa & nervoſa tangens, pungit ac irritat. Acetoſitatem ſuam, transmutando humores, propagat, effervescit cum Alcali & coagulationis eſt Principium. *v. Bernhard. Suvaluv. de Alc. & Acid. David. Beckii Exper. de Rer. Nat. Princ.* Ergò illud ſatis potens ad erodenda oſſa tibiæ, narium, palati, calvariæ & dentium: ad generandam ſcabiem ſanioſam modò per effervescentiam ſuccorum, modò per colliquefactionem carnis. Imbuens Perioſtia, Pericranium & Meninges cerebri, Cephaleâ Caput, & fixo dolore ſentientes partes torquet. Acidum, in ſanguine occultum ſuſcitans, & inquinans tàm Lympham quàm dulcem chylum, ipſum vitale Principium & hujus actiones adulterat. Sanguinem quoque Venereum V. S. emiſſum, coagulans Acidum illud, in grumos ſpiſſat ſtatim. Ex Effectibus conclude cauſam.

*Juvantia.*

§. XIII. Salutem Ægri juvant Alcalia volatilia & fixa, nec non quæ accedunt ad Naturam horum, ut ♁ium Diaphoret. CC. pp. & Terra ſigillata. It. Spirit. Volat. & Olea Sale volat. prægnantia. Quæ Medicinæ omnes, modò abſorbendo infringunt acidum, & contemperatum, halituosè profligant; modò inciſam pituitam viſcidam, abſtergunt. Cum verò Curatio fiat, per illa, quæ cauſſæ ſunt contraria: Et omni Acido opponatur hoſtile Alcali, atq; Spiritus volatilis, cujus utriusque eſt uſus in curandâ L. V. Hujus quoq; Cauſſam eſſe corroſivum acidum, *colligimus ex Helmontii Tit. variis; Petri Fabri Chirurg. Spagyricâ & Bernh. Suvaluv. d. Alc. & Acido.*

*& Nocentia.*

§. XIV. Pinguedines Oleoſo- Acidæ, carioſa Venereorum oſſa, magis ſordida & fungoſa reddunt. Imò quævis Oleoſo-Acida, inimica oſſibus & vulneribus Cranii, *affirmat Felix Wurtzius.* Acidis Fætoribus L. V. internè acida addens, ulcera

auget

auget & morbum, confortat effervеſcentias; Sanguinem magis magisq; inſpiſſat, corroſiones adjuvat ineffabiles, angorem cordis & ſuffocationem pulmonum. *v. Frid. Helvet. Dirib. Med. cap. IX.* Ergo acidum & augens & alens Morbum, hujus quoque eſt cauſſa. Idem modò aceto acerrimo, modò Spir. Vitrioli aut Nitri corroſivo, non incommodè aliqui æquiparant. Tàm acrem acidum liquorem, ut aculeo feriret Linguam, in corroſorum Inteſtinorum cavitate, Famulæ Amſtelodamenſis, diſſectæ Lugduni â Franc. Sylvio, guſtu exploravit *Joh. Petr. Albrecht, Diſp. d. L. V. §. XLVII.* Qui vel Ægri vel Chirurgi, humorum ex Gallica ſcabie reſudantium deguſtationem non horruerunt, aliquando acetoſitatem acrem, aliquando autem Aciditatem corroſivam, ſenſerunt Linguâ. Ipſa quoq; ex Ulceribus ſpirans Graveolentia, per Fidem olfactus eſt ſubacida. *conf. Theod. Kerckring. Spicil. Anat. Obſ. 65.* Pro vario autem M. G. gradu, nunc remiſſius, nunc intenſius acre-acidum exiſtit. Vel enim Aquam aſſimilat, in quâ Vitriolum ſolutum, vel Aquas fortes, & ipſos Mineralium Spiritus, vehementer corroſivos. Cum Poteſtatibus Ingeſtorum ſalſis, intrat ſanguinem. Sed temperatum dulcibus, amaris & contrariis, tranquillè agit: Noxias demum vires ſecretum exercet. Hermetici quidem validiſſimos Liquores ſecreturi â Salibus, hæc ignis violentiâ fluere cogunt, *monſtrante Glaubero P. 2. & 3. Furn. Chym.* Tanta verò fuſoria flamma in corde non micat; nec Reverberatio calcinatoria Paracelſi admitti poteſt. Adeſt tamen ſuccendens Contagium Veneris, à quo orta transmutans Fermentatio, ſalinas particulas ſanguinis exaltat, adigit ad fluorem, & ſubjugatum acre-acidum hâc ratione ſolvit; quod exardeſcens in humoribus, non confundatur cum acri-ſalſo, quale latet in Lapide Septico Auguſtanorum, & quibusvis cauteriis potentialibus, quæ lixivioſa Salia recipiunt. Hoc enim mortificat, urente æſtu pungit, Loco cuidam infixum manet, & partibus exeſis vel nigredinem, vel Eſcharam nigram ſuperaddit, prout Gangræna & potentiale cauterium, docent. Illud acre-acidum exulcerat, dolore lancinante rodit, ſerpit ulterius, & corrumpendo gignit purulentiam albam.

*traditur ejus Natura,*

*Gradus.*

*Materia.*

*Cauſſa.*

*differentia ab acri-ſalſo.*

bam. Acidum enim præcipitans tartareas particulas, ſanguinem cum fætore albicantem reddit, juxta *Beckium Exper. Nat. p 46.*

(3) *viſcido-pituitoſum, cujus Cauſſa, Materia, Forma, & Demonſtratio.*

§. XV. Hoc pituitam, tanquam ſociam ſibi cauſſam & generat, & habitat in generatâ. Generat quidem colliquefaciendo carnem ſucculentam & glandulas; arrodendo membranas & oſſa; putrefaciendo humores vitales & genitales. Generata pituita quoad conſiſtentiam eſt maximè viſcido-mucoſa; quoad virtutem acris acida. Utriusq; ſigna occurrunt in Gonorrhæâ purulentâ, & tumoribus gummatoſis. Mucoſo-fætida Materies, pungens & lacerans cum Urinâ excernitur. Viſcoſum quid incluſum tenent verrucæ & Tophi. Acris acidus humor ex puſtulis, depaſto Palato, & carioſis oſſibus ſtillat. Sed fruſtrà prolixus non ero in enarrandis manifeſtis documentis.

(2) *Cauſſa antecedens in ſolidis, humoribus, ſpiritibus.*

§. XVI. Cauſſarum hactenus traditarum Energiam, promovet antecedens diſpoſitio corporis. Hujus habitus rarus, ſpongioſus, ſcorbuticus & ſcabioſus requiritur. Rarus quidem facilê imbibit nociva, obduratus reſiſtit. *Fallop. C. XXII. d. M. G.* nec infectos vidit Juvenes, quorum Glans detecta corio fuit obducta duriore; nec Senes, exſiccati magis Habitus. Scorbutica verò Intemperies, admodum affinis L.V. in hanc obſequiosè commutatur. Humores ſint Melancholici, acidi, acres, fermenteſcibiles, & cacochymici. Melancholici enim, ex quibus malè eradicatur L.V. conveniunt vi aciditatis, cū cauſsâ. *conf. B. Sennert. Inſtit. l. 2 C. VI.* Fermenteſcibiles incaleſcunt, putredinem & contagia concipiunt promptè. Cacochymici verò Spiritus partim impuros & imbecilles, partim Ideâ Timoris infectos poſſident; ideoq; ineptos ad arcendam & ſubigendam materiem hoſtilem.

(3) *Procatarctica, contagium. Ejus Forma & Terminus.*

§. XVII. Sanos humores in Diatheſin venenoſam, acrem, acidam & pituitoſam, fermentando tranſmutat; latentem verò in corpore aptitudinem, excitat à corpore infecto forinſecus accedens contagium. Unanimis Modernorum eſt confeſſio, per experientiam firmata, non aliter hodie ſuccendi V.L. quam Effluvio contagioſo: Quod inſtar viſcidi halitus,

ſa-

ſaniei, & Muci tenacioris divaporatum, diſtantia ideò utplurimum non penetrat, nec more ſpermatis peſtilentialis per immenſum aërem fertur, ſed membro magis inſinuatur attacto. Huic communicatur *per Geſta, Ingeſta, Egeſta & Ambientia.* Ad Geſta ſpectant Coitus, Balneum, Novacularum & Cucurbitularum applicatio. Fomitem Mali concubitns impurus maximè difflat. Libidine enim turgentia Genitalia, fungoſa, mollia, nuda, & incalefacta tàm per attritionem, quàm affluxum ſpirituum, non tantum fuligines contagioſas transſpirant, infectum ſemen vel madorem eructant, & acidam ſaniem exprimunt; ſed hujusmodi etiam offenſuras Exhalationes abſorbent ſpontè. Experimenta *vide in obſervat. Epiph. Ferdin. Schencki, Langii, Hildani, Wieri, Foreſti, Greg. Horſtii, Donati, Ant. Beniv. Rhodi.* Squallidâ ſanie maculatum Balneum inficit lavantes. *conf. J. C. Clandini App. de Ingr. ad Inf. Ballon. Conſil.* Cucurbitulas atq; Novaculas, depuratas negligenter, inficere commonefaciunt *Tacken. Cap. XV. Hipp. Chym. atq; Diom. Cornar. Obſ. 25.* *communicatur per Geſta.*

§. XIIX. Ingeſta ſemen comprehendunt, ſanguinem nutritium, Lac, Cibum Potumq; & utriusq; Inſtrumenta. Infuſum ſemen & uterum conſpurcat, & generandi Fœtus materiam, ſive hanc ſemen muliebre dicas, *cum Laurent. & Hoffmanno,* ſive Ovarium, *cum Th. Kerckring. in Anthrop. & Joh. Horn. in Prodr. Obſ. Genit.* Cum Sanguine nutritio, Embryoni ſordido utero attacto, Miaſma malignum Mater inſtillat. *Joh. Rhod. Cent. 3. obſ 83. Amat. Luſit. Cent. 1. Cur. 50.* Lactantes imbuunt ulceroſâ ſanie madentes Papillæ, turgentium mammillarum vaporationes, & Lac Lymphatico-chyloſum, vitiatum in ſinu ſanguinis. *conf. Helmont. T. 1. Tit. Nutrit. Infant. ad V. l. Mich. Etmüll. Valetud. Infant. cap. 2. §. IX.* Citra coitum virulenta corpuſcula ſuſcipit, juſcula vel pulmenta, malignitate prius fœcundata ſalivali, hauriens: combibens ex impuro poculo infecti, vel ejuſdem uſurpans Cochlearia, Pocula & Patinas, quibus aliquid viſcidi Fermenti ſalivoſi adhuc cohæret. *v. Sebitz. Spec. Med. Part. IX. c. 2. Tr. de contag.* Imprimis nutrices infectæ, pulmenta lambentes, cauſſas *per Ingeſta.*

ulceroſi Oris & Aphtharum malignarum, vi acidæ Salivæ ingerunt Puello. *Hier. Mercur. de Morb. Puer. l. 1. Cap. VI.* Contrà etiam his laborans infans, inficit nutricem, infuſo fermento maligno Papillis ſpongioſis, & turgido lacti, v. Illuſtr. Dn. Dan. Sennert. l. VI. P. IV. C. IV.

*per Egeſta.* §. XIX. Egeſta Fæces alvinas, Urinam, Sudorem & Salivam ſignificant. Senem *habet Fallopius Cap. 22.* ob communem uſum ejusdem Latrinæ, infectum ab Ægrotis. Halitum Urinæ recens emiſſæ à Venereo, in Matulâ vitandum docet *Petr. Roſtin. p. 40. d. M. G.* Satis enim eſt efficax ad concitandam Gonorrhæam purulentam, & ulceranda Genitalia. Oſculo immiſſa malignitas Labiis ſpongioſis, vel molli Genarum Cuti, facilè penetrat interiora Faucium & Capitis. Carcinomate Venereo in facie deturpatus Sacerdos, petulans tamen & ebrius, ſolo oſculo inquinavit Puellam, *ap. Foreſtum l. 23. obſ. 2.* Inſenſibilis etiam transſpiratio & Sudor, corroſivâ aciditate venereâ prægnans, proximè concumbens Corpus ſanum maculat in attactâ Parte, ſc. Dorſo, Brachio, Tibiis. *Zacut. Luſitan. Prax. Hiſt. l. 2. C. 1.* Effluvia enim ab infecto Corpore decidua, vicini poros ſubeunt, atq; humores fermentant.

*per Ambientia.* §. XX. Illa verò derivata in ſanos per Salivam, ſudorem, excrementa & ſordes; per Halitum etiam ex Ore & Poris cutaneis emiſſum, contagioſâ malignitate imbuunt aerem contiguum. Matrona quædam, L. V. laborans *ap. Fabr. Hildanum, Cent. V. Obſ. 95.* ſolo vapore Inunctionis Mercurialis, replente Hypocauſtum, & ſalivationem movente, curata fuit. Alia verò expers virulenti Mali, collocata ſaltem in Cubiculum, deſtinatum quorundam L. V. infectorum, Unctioni, Animam redditura exiſtimabatur, *Cent. V. Obſ. 99.* Tanta eſt Venereæ Auræ atrocitas, ut reſuſcitata per incaleſcentiam ex ſordibus mucoſis, ac ſanie veſtimentorum, Linteorum & ſtragularum, inſtar flammæ corripiat fungoſam carnem & ſangvinem venoſum. Ex mutatis immundorum Juvenum Caligis in Bacchanalibus, Virgo XV. Annorum, Fomitem Luis colligens, exeſa eſt fœtidiſſimo ulcere in Collo Uteri, Veſicæ & In-

& Inteſtinis, conſumpta Vigiliis & dolore intra paucos dies dies exſpiravit, *teſte Hildano Cent. 1. Obſ. 100.* ſimilem huic Experientiam *vide ap. Francanc. cap. 2. d. M.G. Euſtach. Rudium l. V. d. Morb. occult. Simon Jacobi obſ. XVI. & Lazar. River. Cent. IV. Obſ 91.*

## CAP. II.

*Differentiæ LV. (1) ex Subjectis.*

§. I. Ex ſuppoſitis Subjectis & Cauſſis ipſis, Luis elicio differentias. Ratione Subjecti interna eſt & externa: Particularis & Univerſalis. Interna Vitalitatis meditullium permeavit, & plurimarum Actionum læſionem ſibi conjunctam habet; ideoque Aucta & Confirmata dicatur. Externa in quadam Corporis ſuperficie hærens maturato auxilio eſt diſcutienda, ne vires capiat ſerpendo. Particularis (1) ſolidum aliquod Membrum, Tibiam, Dorſum, & Locum Genitalem occupat. (2) Cutim univerſam verſicoloribus maculis fædat, aut erumpentibus Puſtulis. (3) propter Concubitum, Mentulam & ſeminalem humorem in Teſticulis; propter exceptum oſculum, labia & ſalivam in glandulis ſublingvalibus polluit, ut gonorrhæa & gingivarum putrefactio ſubſequantur. *Univerſalis* verò intimè affligens Spiritus, Humores & ſolidas Partes, in Spiritibus quidem languorem & vertiginem, in Humoribus cachexiam, in ſolidis oſſibus cariem; in carne ulcera; in glandulis, excrementorum collectionem generat. Ad normam cauſſarum examinata V.L. (1) tanto contagio pollebat olim, *teſte J. Palmar. l. 1. d. V. L.* ut fætor, à ſpurco humore exhalans, olfacientes; effluvium manans ex oculis, *juxta Manard. l. 7. Epiſt.* Aſpicientes; Et Miaſma ex ſalivante vel ſudante fumans, inficeret reſpirantes. (2) vehementer acido-corroſiva videtur aliquando. Naſum enim, cranium, uvulam & palatum depaſcit, exedit ſinum pudoris & Inteſtina. Oſſa Tibiæ in pedibus comminuendo diffringit, ut medelæ & ambulationis ſpes evaneſcat. Horridarum rerum experimenta *recenſet Felix Platerus l. 3. Obſ. Tit. de fœdat.* Mitior eſt in corpore, cujus ſanguis ferocientibus ſalibus acidis & lixivioſis non adeò redundat. (3) propter indigeſtionem humorum, interdum citra corroſionem, maximum proventum pituitæ viſcidæ & gummoſæ a-

*(2) ex Cauſſis.*

lit, in Scirrhis & Tophis circa crura & caput obſervandum. Cum ſanguis fluxili magis ſero gaudet, putridâ & ulceroſâ ſcabie ſquallet corpus. (IV) Hæreditaria & acquiſita eſt. Illius cauſſa cum ſemine & ſanguine in ſobolem derivata, inſtar fermenti venenati ſe habet, Symbola ſalis & ſulphuris Elementa in ſanguine exaltantis, *per Williſ. Cap. 2 d. Scorb* Hæc verò per coitum impurum, Lac, Oſcula, veſtimenta & ſimilia acquiritur, tradita Cap. 1. *Petr. Foreſtus l. 32. Obſ. IV. cum Matthiolo, Nicol. Maſſa & Hiſpano*, propter colorem & virtutem puſtularum, ipſam Luem aſſirmans eſſe vel bilioſam & Melancholicam, vel pituitoſam & ſanguineam, Veterum indicationi præſervatoriæ benê favet. Principium, augmentum, ſtatum & declinationem inſpiciens Morbi, hunc dico incipientem, augeſcentem, inveteratum & declinantem.

*(3) ex Tempore morbi.*

*Signa Incipientis.*

§. 2. Incipiente Venereâ Lue, mœror, triſtitia, laſſitudo, torpor & ſegnities, ſuccedunt ſtatim. Dolor vagabundus, errans per articulos, caput & dentes, imprimis nocte ſub plumis pungit. Rubeſcens color faciei perit, mutatus in fuſcum & luridum. Capilli defluunt, tinniunt aures, oculi caligant. In fronte, genis, labiis ac ore, puſtulæ prurientes & ulcera apparent, cum ſemen morbi, oſculo vel immundo cibo potuve eſt transmiſſum. Idem verò ab Infantis lactati virulento ore contractum, vires ſuas in apprehenſum membrum exſerit. Mammillæ igitur inflammatæ, propter grumeſcentiam Lactis acri dolore ardent; Papillæ puſtulis & fiſſuris exulcerantur ab effluente lacte infecto. Maculæ & puſtulæ prurientes univerſam cutim infeſtant, quam Fomes contagioſus impuri veſtimenti, vel hauſti à concumbente ſudoris, fermentavit. In Teſticulis corruptum ſemen, ſemper exſtillat humorem fœtidum, purulentum, flavum, viridem, atq; acrem. Hujus effluxum Gonorrhæam Gallicam vocamus, cum ardore & dolore punctorio excernitur. Glandem Penis tangens, erodendo ulcuſcula generat. Pudenda modò internè, modò externè acribus puſtulis æſtuant. In ſinu verò Inguinum, duri ac obliqui bubones protuberant, juxta Vaſorum ſpermaticorum divaricationem. Et hæc quidem utentibus ſuſpecto coitu, in ſacris Locis eveniunt.

§. 3.

§. 3. Ingraveſcente Morbo, acerbiſſimi dolores excruciant caput, frontem, tempora, os humeri claviculas, pectus, pleuram, ſternum, dorſum, inteſtina, femora, partem tibiarum anticam, & membranas muſculorum. Interdiu licet diſpereant, graviores tamen accumulantur nocturno tempore, quo ipſo vociferantes Ægri morſus ſentiunt, carnem dilacerantes atq; pungentes. Maculæ per Cutim ſparguntur diverſicolores, ſc. rubentes, obfuſcæ, citrinæ, lividæ aut nigræ. Dura verò Exanthemata ſquamoſâ cruſtâ obducta, in capitis, faciei, coxarum, & pubis exaſperatâ cute emergunt. Materies illorum internè putrefacta; vel ferinâ ſcabie contaminat cutim, vel profundius ſerpendo, ſordida ac fiſtuloſa ulcera generat, colliquefactura tàm Muſculos, quam oſſa. Locis excarnibus, ſc. calvariæ, oſſibus atq; tibiis, tumores accreſcunt, quos vulgò vocant Tophos, Gummata & Nodos. Calveſcens caput, indomabilis Cephalæa obſidet. Lurida facies colorem cadaveroſum repræſentat. Caligantium oculorum Lumen magis magisq; extinguitur. Aures tinniente ſuſurru perſonant. Per glandulas oris & membranas narium, colluvies pituitoſa manat, qualis etiam ex glandulâ lachrymali diffluit. Gingivæ putreſcunt, dentes vacillant; Uvulam & Tonſillas acidum ulcus arrodit. Puſtulæ nec non Fiſſuræ Mammillarum in contumacia ulcera degenerant, Gonorrhæa magis dolorifica, luxurians & purulenta evadit. Cacoëtheis ſordibus exeduntur Genitalia. Copioſi bubones prohibentes greſſum, in ſinu coacervantur. Carunculis implentur meatus urinarii. Urina, cum aculeato dolore reddita, purulenta eſt atq; cruenta. Anum & muliebrem ſinum pudoris, modò condylomata, modò verrucæ intumefaciunt. Articulorum Facultas motrix enervatur. Volas manuum & pedum Plantas, Rhagades vel Fiſſuræ diſcindunt, verrucæ deturpant. Ungues ſub Tumore conditos, putredo diſſolvit.

*Augeſcentis, ex Habitu.*

*Capite, Thorace, Ventre infimo & Articulis.*

§. 4. Sæviora exiſtunt ſymptomata Luis inveteratæ. Dentes ipſos & portiones mandibularum excidentes, quotidie videmus. Perditum penem, decidentes oculos, & exeſum naſum *ſpectavit Euſtach. Rudius l. V. d. Morb. Occ.* Depaſtam faciem,

*Inveteratæ ex læſis Partibus,*

ut omnia interiora Faucium per horrendam Foveam ſpectarentur, *obſervavit Plater. l.3. Obſ. Med.* Idem comminutas carie penitus Tibias Cauponis, & plures Meretrices Naſo mutilatas refert. Privatio Gingivarum, Labiorum, Uvulæ & Tonſillarum, *ex Rondeletio conſtat, Fernelio, Botallo, Quercetano.* Cranium carie pertenebratum, ac deſtillantem in Meninges ſaniem, *habet Vid. Vidius T. 2. part. 3. l. 2. d. Curat. Membran.* Quendam *ex Joh. Schenckii obſervat. allegat Illuſtr. Dan. Sennertus l VI. M. Pr.* Cui per Palatum, Os ſphænoides & Cribriforme ab Ulcere Gallico corroſum, putrefactum Cerebrum diffluxit. *His affinia vide in Poterii Cent. 1. & 3. Curat.* Duriſſimi Tophi, nullis emollientibus, vix igni obedientes, in cruribus & alibi coagulantur, *teſte Paræo & Foreſto l. 32. obſ. 16.* quibus addatur *M. A. Sever. de Abſc. Nat. l. IV.* Tam inexhauſtæ ſordes cancroſorum ulcerum confluunt intra fungoſa Genitalia, Carnem, Oſſa, Uterum atq; Fauces, ut vivâ putredine ac vermiculatione conſumi videatur homo, *juxta Chr. Lang. in Curioſ. Med. cap. de Variol.* Ideò vox aliquid ſtriduli ſuſurrat, deglutitio corruptâ Uvulâ læditur. Cæcitate oculus & ſurditate Auris laborat. His affectibus vertigo, epilepſia, apoplexia, paralyſis & vigiliæ copulantur. In pulmonibus difficilis reſpiratio & phthiſis: in corde tremor & ſyncope; in thorace pleuritis ac Empyema; in ſanguine cachexia adeſt, atq; febricula, quâ exhauſtus Æger infelicem animam exſpirat. Corpus hydrope intumeſcit, areſcit atrophiâ, ulceribus exeditur. Chylificatio eſt læſa. Nauſea & vomitus infeſtat frequens. Dolentia acerbè inteſtina, varios humores eructant.

*Actionibus Animalibus, Vitalibus, Naturalib.*

*Modus contagii operantis.*

§ 5. Tàm latè ſparſum contagium Veneris, ampliſſimas quoq; ſtrages edit, licet à principio in humores irrepat fermenteſcibiles, quales ſunt ſanguis, lympha, ſuccus nervoſus, ſemen & ſulphurea unctuoſitas cutis. Sicut abſumptis ſpiritibus, & exaltato ſale per diuturnam fermentationem, vinum generoſum evadit acetoſum; *Williſ. cap. 1. d. Febrib.* Ita illud inſtar Fermenti ſe habens, multiplicantis naturam propriam, & alienam transmutantis, *judice ſummo Viro, Dan. Sennerto, l. IV. d. Febr. c. 3.* Sibi etiam fermentando aſſimilat Humorum

Maſſam,

Maſſam, & ⊖ corroſivi exaltatione perverſam, imbuit acri aciditate. Hæc membranoſam Cutim pungens, pruritum; nervoſas fibras irritans, leviorem adhuc dolorem gignit. Coagulata cum ſecretis portionibus ſanguinis intra Cutem, Exanthemata aſpera; colliquefaciens carnem, ulcuſcula ſanioſa producit, quæ profundius ſerpentia in Ulcera manantia degenerant. Utrorumq; contagioſum Miaſma reſorbens ſanguis, & inficitur & inficit. Infecti quidem compages, fæculentiis ſalſis & pituitoſis repletur, Spiritus oppreſſi attenuantur, fixantur Salia volatilia, dulcis humor nutriens conſumitur, & motus velociſſimus inhibetur à coagulatore acido. Hinc mutatus in corpore color, & ſubitus mœror in Spirituum ac Salium volatilitate conſiſtens: hinc Membrorum contabeſcentia, & virium languor, à depauperato ſanguine proficiſcuntur. conf. *Valent. Willius Cap. 3. d. Morb. Caſtrenſ. Franciſc. Sylvius l. 1. & 2. Pr. M.* Partes ſingulas atq; omnes inficit Sanguis, cum hujus per omnem ambitum circumvoluti temperiem, ſequantur illæ. *v. Scip. Claramont. l. 1. de conjic. Morib. Magnif. C.V. Schneider. l. 3. & IV. d. Catharr.* Motu autem & circulatione, Particulis nutritiis & excrementitiis maximè offendit.

*in Habitu Corporis.*

*in Sanguine infecto.*

§. 6. Aceſcens in V. L. ſanguis, more coagulandi lactis, condenſatur magis, atq; in oneratis ventriculis cordis, ægrè motus, iisdem vel undulatam palpitationem, vel ſuffocativum catharrum minatur: Infuſo enim Spiritu Vitrioli acido in venam jugularem Canis, Belluam more Epilepticorum ſpumantem & grumefactum in extincto Corde ſanguinem, *vidit Fracaſſatus, Piſ. Prof.* prout referunt *Acta Societ. Angl. A. 1667. n. 27.* Pulſus etiam irregularis, cum frequenti Spirituum vitalium deliquio cietur, quoniam fæculentiis acidoſalſis refertus ſanguis, efferveſcendo difficulter accenditur, velut Ellychnii oleum, ſale imbutum ac ſordibus limoſis, *conf. Louver. Tr. d. Cord p. 125.* A Corde exantlata ejus craſſa Moles, & tardè colata per pulmonum veſiculas, Aſthma: Pituitâ illas obſtruens, Peripnevmoniam; acrimoniâ easdem corrodens, Ulcus excitat; vel purulentiâ inquinans Chylum nutritium, vel putrefaciens Parenchyma, ut Phthiſis & Empyema

*& inficiente Cor,*

*Pulmones,*

*Lienem,*

pyema ſubſequantur. Ex Pulmonibus & Corde per Ramum *Lienem,* Splenicum in Lienem deſcẽdens ſanguis viſcido-acetoſus, fermentum volatile fixat, & crudorum Salium volatiliſationem cohibet, per conjecturas *Velthuyſii d. Liene, & Helmont. T. 1. Tit. Jus Duumvir.* *Stomachũ,* Infuſus Membranis ſtomachi, hujus Mucum acido-ſalſum hebetat, & inſpiſſatâ Lymphâ & Pituitâ craſſâ, quæ agglutinata ventriculo, appetitum & chylificationem perdit: titillans verò aut aggravans, vomitum ſollicitat. Cum Cæliacæ Ramo ſiniſtro, in Pancreas; cum dextro in He- *Bilem,* par tendens, tam Pancreaticum ſuccum, quàm Biliarium in- *Succum* vertit. Illum naturâ ſubacidum, aciditate ac ſero viſcido au- *Pancreaticum,* get. Hujus generandi materiam, mucoſo Phlegmate vitiat; generati verò fluiditatem remoratur, & ſpiritum volatilem opprimit. *v Sylvii Diſp. Med. 8.* Igitur obtuſa Bilis, ſolven- *Chylum,* das Chyli particulas viſcidiores Sale ſuo non incidit, nec fluiditate illas donat! Acidior humor Pancreatis, easdem hoſtili acido acuit, & reddit magis glutinoſas. Ita volatiliſandi in Inteſtinis Chyli fermentatio impeditur. Fæces præcipitandæ infeliciter ſegregantur. Pars crudæ Maſſæ foras amandata, dolorificas dejectiones efficit; Pars verò per Lactea ſurſum vecta in venam axillarem, ſanguinem tingit inquinamento acido, quod illius ſpirituoſam rarefactionem coercet, emicaturam vitæ flammam ſufflaminat: Humorem verò Chyloſum & Lymphaticum cogit in Pituitoſum Mucum. Atq; hoc nutritio ſucco depravato, nutriendum corpus atrophiâ exareſcit, obnubilatis ſpiritibus Anima languet, & efferveſcentiâ ſanguinis imminutâ, recrementa acetoſo-viſcida magis conglomerantur, ægerrimè quidem in corde coquenda, perituris Membris tamen diſpenſanda. *Nath. Highm. Cap. V. d. Aff. Hypoch.*

*Inteſtina,* §. 7. Eadem illapſa Plexui Nervorum Meſenterico, vel Membranis Inteſtinorum, vellicando fibras nerveas, & mutuâ colluctatione illas divellendo, dolores acutiſſimos in abdomine; Colicos in Inteſtinis; vagabundos, in variis Partibus ci- *Dorſum,* ent. Per affinitatem ſubeuntia in Nervos lumbares, Hypoga- *Lumbos,* ſtricos, atq; ipſam cum Arteriis Medullam ſpinalem, pluri-

mas

mas partes acetoſi Salis acredine cruciant, ac diuturnis tormi-
nibus dorſum, Lumbos, Oſſa Pubis & Articulorum torquent.
*v. Magn. Dn. D. Schneid. Cap. XXI. d. Apopl.* Cum urinoſo Se-
ro ſegreganda in Renibus, ſimul horum vaſa ſolvunt, ut cruo-
rem reſudent, qui putreſcendo factus purulentus, Urinam ſa-
nioſam conſtituit. Inde Mictio & cruenta & purulenta, (cujus
tamen ſunt plures Cauſſæ) proficiſcitur. Urina ſpiculis acidis
aculeata, pungendo ureterum ac Urethræ membranas, dolo-
rem acrem; conſtringendo iterum irritatas Sphincteris fibras,
moleſtiſſimâ ſtranguriam creat. Materia acris-acida per Arte-
rias ſpermaticas teſticulis communicata enervatis, modò le-
viter mutata in ſeroſum ſemen; modò in lividum, viridem &
fœtidum humorem, ex laxatis Paraſtatis & veſiculis ſeminali
bus arroſis, ſpontè diffluit, atq; Gonorrhæam producit; cui
propter ſeminis turgeſcentiam, Satyriſmus; propter acredi-
nem, & flatulentam Penis convulſionem, Priapiſmus cohæ-
ret. Utriusq; tàm ſeminis quàm Urinæ Acor, Urethram exul-
cerat: in ulcere autem ex tenaci humore nata caruncula, illam
obſtruit. Glandis & Præputii Portiones, acris Puſtularum ſa-
nies vel arrodit, vel depaſcit. A ſanguine infecta ſeminalis
humiditas Teſticulorum fœmineorum, pari modo ad Expul-
ſionem acredine ſuâ incitat continentes Partes. Ergò Semen
per Tubas *Fallopii*; liquor verò unctuoſus per Foramina Uteri
ac vaginæ, *juxta Regn. de Graaff*, continuò deſtillans, Pollu-
tionis atq; Gonorrhææ cauſſa exiſtit. Ille Humor acido-acris
viſcosè adhærens Utero, internam Membranam ſæpè exedit
incurabili ulcere. In vaginam depluens, Nymphas atq; La-
bia madefaciens, non tantum urente pruritu vellicat attactas
partes, ſed acidâ etiam corroſivitate putrefactas deſtruit, ut
Subſtantiâ conſumptâ, evaneſcant in ſaniem ulceroſam, ſer-
pentia ulcera alentem. Quoties autem intra attritam carnem
fungoſam ſinus muliebris, acida ſanguinis Pituita coagulatur,
Condylomata ibi & verrucæ; quoties eadem in Glandulis in-
guinalibus colligitur, Bubones duri extuberant, calore, rube-
dine & dolore ſæpius immunes, quos Venereos vocamus, *de
quib. Joh. Riolan. Anthr. l. 2. c. X. Ant. Saport. d. L. V. C. 8.*

***Renes.*** ***Urinam.*** ***Semen.*** ***Membrum virile.*** ***Uterum.*** ***Vaginam.*** ***Inguina.***

D §. 8.

*Crura.* §. 8. Per Arterias crurales deorſum latæ ſordes Venereorum acidæ, in Juncturis cum Synoviâ effervefcunt, doloresq; parturiunt. *Rollf. diſſ. Anat. l. 2. c. 6. Knoeff. d. Podagr. p. 23.* Acrimoniâ colliquefacientes carnem pedum, hanc convertunt in putrilaginoſa ulcera. Craſſeſcentes cum Lymphâ, refluâ ex Articulis, vel cum Muco carioſorum oſſium, & conſiſtentes circa Membranas Tibiæ, Cranii, Frontis, Clavicularum, &c. conglomerantur in Tumores gummatoſos atq; Tophaceos. *Foreſt. l. 32. Obſ. 23.* Perioſtia vellicantes nervoſo-ſenſibilia, dolores acerbiſſimos concitant in oſſeis & cartilaginoſis locis. Per Perioſtea tranſcolatæ in Tibiam, & oſſa ipſa, cum ſalſo horum ſpumoſè effervefcunt. Igitur ſolvendo, Perioſtium lacerant, ut æger carnificetur exquiſitiſſimè. Erodendo comminuunt oſſa, ut fungoſa & carioſa reddantur usque in Medullâ. *v. Act. Haffn. vol. IV. obſ. 80. Etmüll. Hipp. Chym. C. 2.* Agitatis nocte propter Lecti calorem recrementis acidis, eorum colluctatio & exinde ortus dolor, admodum ingraveſcit: maximè circa ſolida oſſa, à quibus acida quævis avidè ſorbentur, licet hæc hoſtiliter atterant illa: Ut ideò benè interdixerint Chirurgi uſum acidorum in ulceribus, obſervantes olea deſtillata, aliaq; pinguia, maximum detrimentum attuliſſe, Cranii & oſſium affectibus. *P. Barb. Chir. l. 3. c. 2. Bereng. d. Fract. Cr.*

*Articulos.* Extremitates Articulorum Fæces acidæ ſanguinis ibi ſtagnantis diffindunt in Rimas, quas Rhagades Græci dicunt, orituras à Galenicorum excremento aduſto & ſalſo, *teſte Nic. Piſon. l. 3. Cog. Morb. C. 18.*

§. 9. Surſum evectus contagioſus ſanguis, quisquilias ſuas ſeponit in mammillas, fauces, nares, oculos, cranium & cerebrum. Atq; cum virus venereum promptè invadat ſpongioſas partes, Mammis quoq; tranſmittit copiam viſcidæ Pituitæ, quæ intra bibulas glandulas cum Lymphâ coaleſcens, in ſordidum Apoſtema erumpit. *Ballon. l. 3. Epid.* Præſentis verò Lactis butyroſæ & caſeoſæ partes, præcipitatæ ab acido Sanguinis inquinati, punctoriâ Inflammatione mammillas tumefaciunt. *Kerg. d. Ferm. Sect. 3.* Effervefcentiæ ſuccedens Tumor altior, & ardor magis intenſus, tandem in liquamen purulentum

*Mammillas.*

*Hum. lact.*

tum

tumabit. At Seroſitates, quæ fluidæ adhuc remanent, Tubulos atq; Papillas mammillarum oblongis ulcuſculis proſcindunt: Fauces, palatum & linguam infantium, fervidis Aphthis excoriant.

*Faciem.* §. 10. In Organa Cephalica ſurſum per Carotides, & deorſum per Ramos Jugularium confluens ſanguis infectus, Aciditate & Pituitâ vel fluidâ vel inſpiſſatâ, officinarum Animalium vigorem evertit. Utraq; fluida, pinguedinem ſubcutaneam, glandulas miliares & cutim colliquefaciens, faciem atq; collum puſtulis indecoris deturpat: Immixta ſalivali Humori glandularum maxillarium & ſublingualium, acredine imbuit manantem iſthinc per ductus Warthoni, ſalivam, quæ irrigans Fauces, exulcerat, putrefacit & atterit. *Fauces.* Ideò Gingivæ putrido humore flacceſcentes, gravem odorem ſpirant. Dentes comminuti ſordibus, & vacillantes in Alveolis, elabuntur. Ulcera corroſiva atterunt tàm glandulas quàm maxillas. Uvula tumefacta priùs, dein putrefacta, abſcedit. Atq; hæc vitia non poteſt non ſequi, tàm maſticatio quàm deglutitio laborioſa. *Palatum.* Ex venis in membranam pituitariam Palati & oſſa vicina tranſudans acida materies, Palati laminam diſſolvit: Os verò Colatorii & cribriforme, uliginoſâ carie conſumit. *Arteriam aſperam.* Hæc ſanies inde deſtillans verſus interiora Faucium, glottidis latera viſcido humore oblinit; ſenſibilem aſperæ Arteriæ membranam irritando convellit, & aërem pulmonibus continuò inſpirandum, corroſivis Corpuſculis vitiat. Ergò reſeratis clauſtris Faucium, vox patula reſultat per Nares. Humectatâ glottide, raucedine ſtridet æger; vellicatis à membranâ connexâ Pulmonibus, tuſſis convellit Thoracem. Illos quoq; phthiſicos reddit, ſemper cum mucoſo aëre abſorptum Miaſma corroſivum.

*Oculos.* §. 11. Acidus humor per venulas & lachrymalia puncta depluens in Oculorum Annatam, hanc mordaci Ophthalmiâ inflammat. Idem intra Membranarum venas congelatus, propter inſitam viſciditatem, & frigiditatem aëris, modò ſuffuſâ Catarractâ obnebulat oculum, modò turgidum reddit tumore, diſrupturo quandoq; in ſanioſas puſtulas. Redundans

in lachrymalem glandulam, hanc quoq; cum ſubjectis oſſibus exedit in ſinuoſam fiſtulam, quæ acri ſtillicidio & oculos & nares humectat. Occupans exteriora capitis, radices ac nutrimentum capillorum cauſticâ acredine comburit: unde defluvium eorum contingit. Pericranium, vel ipſas quoq; Meninges aciditate & Pure acri pungens, immanem Cephalalgæam ſuſcitat. Oſſa autem cranii Sale fluido & corroſivo perterebrat, ut corrupta in tenues auras evaneſcant. Paulò mitior eſt L. V. Pituita acida coagulata. Etenim Tumores tantum gummatoſi in Fronte & Capite conflantur, ab excremento Pituitæ viſcoſo, concreſcente circa ſuturas & glandulas. Tophos verò lapidoſæ conſiſtentiæ, producit Aciditas cum carie oſſis corroſi, & pituitâ viſcidâ, obrigeſcens circa varia cranii loca. *conf. A. Sever. l. 2. Pyrot. Part. 1. Ambr. Paræum. l. IX. cap. 20.*

*Capillos.* *Cranium.*

§. 12. Interiora Capitis penetrans ſanguis virulentus, noxam ſuam affigit cerebro, nervis & ſpiritibus. In cerebrum vel pituitoſa evomit recrementa vel acida. Illa quidem cerebri poros implent, atq; in ſenſoriorum Nervos illapſa, Spirituum commercia intercipiunt. Inde Apoplexia, cœcitas, ſurditas, Coryza & plurium Articulorum paralyſes exoriuntur. Hæc verò conſumentia ſuccum nutritium, Atrophiam cauſſant, *ſecund. Joh. Bohn. Diſp. Phyſ XII. §. X. Charlet. Oecon. An. Ex. X.* Perpetuò irritantia fibras nerveas, leviores ſpaſmos, contracturas & dolores, dein convulſivos motus, quales ſunt Epileptici, cient. Spiritus, onuſti particulis pituitoſis aut narcoticis, ſuccumbunt, indulgent ſomnolentiæ, & ægrè tàm per fibrillas cerebri, quàm Nervorum diſpenſantur. Pituita in flatus ſoluta, vias pervertit Spirituum, atq; hos impulſos adigit in vertiginem. Hinc Functionum perit vigor, aliàs in Spirituum luce & ſerenitate cerebri, conſiſtens. Senſuum hebetudo, languor, mœror, oblivio & moroſis ſuccedit. *Th. Barth. l. 3. d. Luc. Anim. Wepf. d. Apopl. El. Montalt. Archip. Tract. XII.*

*Cerebrum.* *Spiritus.*

*Prognoſ. Longitudi-*

§. 13. Atq; hæc dicta volo, de inveteratâ L. V. cujus ſigna Diagnoſtica ex enarratis effectibus; Prognoſin verò & Eventum

tum colliges ad normam fontium Hippocraticorum *ex Proſp. Alpino, Lud. Dureto, Joh. Jonſt. Ant. Conſtant. & Lud. Lemoſio.* Nota tamen (1) virulentiam Veneream eſſe & diuturnam & gravem, propter intemperiem acidam, corroſivam, contagioſam & ſanguinem redactum in vappam & acetoſitatem. (2) ut plurimùm tardè accreſcere & decreſcere, cum expergiſcatur paulatim, & ſopita reviviſcat. Illa univerſalis, interna, inveterata & hæreditaria, admodum lentè profligatur ex corpore Scorbutico, Melancholico & cacochymico, cujus Evacuationes ſolitæ ſimul ſupprimuntur. Citiùs ex fluitantibus humoribus, quàm organicis partibus labefactatis ejicitur. Primus inſultus facilè retunditur, at iterata contaminatio, & recidiva ex imperfectâ curatione eſt contumacior. *nis & Brevitatis.*

§. 14. Licet naturâ non habeatur lethalis V. L. in Ruinam tamen ſæpiſſimè præcipitat, conjuncta Dyſenteria cruenta, Febris hectica, Macies, Hydrops, Phthiſis, vomitio ſanguinis per pulmones eroſos, hæmorrhagia narium & uteri nimia, vigiliarum perpetuitas, Apoplexia & Epilepſia. Spes ſalutis levior itidem reſtat ægro, cui oſſa Naſi, Cranii & Tibiæ acido madore irrigua, comminuuntur: cui Inteſtina, Renes, Veſica & uterus, vel ſordido carcinomate, vel Fiſtulis conſumuntur: Partes verò genitales inexhauſtâ Gonorrhæâ fætidâ ſcatent. Futura ſalus affulget, cum viæ excretoriæ, remiſſis ſymptomatibus, materiam malignam evomunt: cum hæmorrhoidalia ſolvuntur; Alvus laxatur; Urina citra acris doloris ſenſum, & limoſa & copioſa fluit; Sudor fætidus cum levamine manat; Salivatio ſupervenit; Uterus per fluxum Menſtrui non mordacem, Corpus expurgat; Bubones ſuppurati virus exſpirant, & nutritione vitali Corpus iterum effloreſcit. *conf. Proſp. Alpin. l. VII. C. VI. d. Præſ. V. & M. Conſtant. l. IV. Med. Progn.* *Mortis & Salutis.*

## CAP. III.
## Methodus curandi.

§ I. Poſſibilis reſtitutio Sanitatis, & afflictio Ægri, ad curam invitant Medicum. Hujus eſt cautè perſcrutari (1) Subjectum curandum, (2) curantia auxilia, atq; (3) eorundem ap- *Contenta in ordine Medendi.*

 pli-

plicandorum Methodum. Subjectum curandum vel univerſale, vel particulare. Illud quidem Sanguis cum connexâ Lymphâ; hoc verò pars inquinata quævis, ut Cranium, Cutis, Membrum genitale, &c. Auxilia ſecundum indicationem (1) Curatoria, (2) Præſervatoria, & (3) Vitalia, ex Medicinæ triplici fonte capiuntur. Ut adminiſtrentur legitimè, in optimâ formâ, quantitate, & tempore, tantùm indicanti morbo vel Symptomati applicanda ſunt prudenter. *conf. J. C. Claudin. de Ingr. l. 1. & 2.* Curandi ſanguinis ſordes viſcido mucoſas, acidas & malignas, ſive intra ſinum proprium hæreant, ſive partibus aliis affigantur, Natura ſvadet vel evacuandas vel alterandas. Illas ergò indomabiles atq; abundantes, curaturus *evacuet per Vomitoria, Purgantia, Diuretica, Diaphoretica, Salivationem, Balneum, Veſicatoria & Cauteria*; *Alteret diſtinctim per ſubſecuturas Poteſtates.*

*Methodus Evacuatoria & Alterativa.*

*Evacuatio per vomitū.*

§. 2. Pituitâ viſcidâ in ſtomacho fluctuante, & vergente ſurſum, nauſeabundo Ægro Vomitoria præbemus, ex Antimonialib. Mercurialib. Vitriolicis, Tartareis, & additis pro neceſſitate circumſtantiarum ſpecialibus Medicinis, quæ omni conatu Evomitionem ſollicitent. Feliciter autem acquieſcimus in receptis Chymicorum Formulis, ſcil. in Croco Metallor. Tartar. Emetico, Floribus, vitro, 🜍e, & Globulis Antimonii, nec non Sale Vitrioli & famoſo Mercurio vitæ, cujus tamen Geneſis Antimonio debetur. Illud ſaltem nota, quod Antimonialia Vino colando miſceantur commodiſſimè; Mercurialia autem, cum Extracto Diacarth. atq; Panchymagogico, vel Electuar. Diaſari *Fernel.* Diaturbith *Montagnan.* & Antimoniali *Crollii*, redacta in Bolos atq; Pilulas, promptius ſtomachum verſus Superiora invertant. Hac quoq; ratione, Pulvis Mercurialis, gingivis, dentibus atq; palato non adhæret, aliàs facilè in Salivalibus glandulis producturus non deſideratam Salivationem. *conf. Williſ, Pharmac. Ration. Part. 1. ſect. 2. Rollfinc. Diſſ. Chym. V.*

℞ ♀ri Emet. Mynſ. gr. jv. Extr. Panchymag. gr. vj.
Ol. Cinam. Fænic. a a g. ij. F. Pil. N. 8.

℞ ☿. Vit. gr. V. Elect. Diaſar. Fern. ʒjß
c, q. ſ. Sacch, F, Bol, N. 2.

℞ Croc.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362162-p0032-6

℞ Croc. Metall. gr. XII. vin. Rhenan. ℥j.
Colatura ſ. vinum Emeticum.

§. 3. Purgantia tantummodò ſolubilem Inteſtinorum Saburram abſtergant, & impuritates ſanguinis emulgeant fluxiles. Acidos humores & fixos violenter non moveant, niſi à Complexu Continentium leniter diſſoluti fuerint. Illos enim irritatos cum ſummis Torminibus manare, ſemper expertus eſt *Fr. Sylvius l. 1. Med. Pr. c. 2* Atq; prout Rhabarbarum educit Bilem; ita cumprimis Seminaria V. Luis Purgantia exturbent. Convenit igitur, ut Cacochymiam præſentem ſolvamus Digeſtivis Acidis & Lixivioſis, Cryſtall. & Cremore Tartari, Tartaro Vitriolato, Clyſſo Antimonii, Mixt. Tartári aperitivâ *Zobelii*, Arcano duplicato Holſatico, Pulvere digeſtivo *Cnoeffelii*, & Tincturâ ♂is aperitivâ *Zvvoelff.* *Digeſtiva.*

℞ Clyſſ. ♁ii, Tinct. ♂is aper. Zvvœlff. a ʒß
ſ. Digeſtiv-Tinct. uff 40 Tropffen.

℞ ♀ri ⊕ati ℈ß Cremor. ♀ ʒj, ⊖ eſſential.
Acetoſell. ʒß ♎us ⊕i g. X.
ſ. Digeſtiv-Saltz uff 2 mahl.

§. 4. Inciſos humores unicè eliminandos perhibeo *Phlegmagogicis, Melanagogis, Mercurialibus, & Reſinoſis.* Phlegmagogica, viſcidam Pituitam, alumnam Morbi, ſubtrahunt. Ac ideò recommendavero Rad. Jalapp. Mechoac. Irid. Bryon. Turbith, Polypod. Fumar. Electuar. Hydragog. *Sylvii*, Catharticum Catholic. de Extract. *Grünling.* Pilulas Polychreſt. *Amſtelodam. & Fabrit. ab Aquapend.* Elixir Citri Purgans *Joh. Michaël.* Extract. Catholic. *Peterii*, Panchymagog. *Rollfinc. & Crollii.* Pulver. Panchymag. *Quercetani*, Syrup. Hydragog. & Pantagog. *Mynſichti*; Trochiſcos Alhand atq; de Agarico. *Purgantia.*

℞ ♀ri ⊕ati, Cremor. ♀ri a ℈ß Scamm. ♁ati gr. iij.
Jalapp. pulver. ℈j, Elæoſacch. Cinam. gr. jv. F. Pulv.

Aciditates hoſtiles, quæ coincidunt cum Veterum Sordibus Melancholicis, felicius educunt *Melanagoga*; qualia quidem voco Extractum Hellebor. Nigr. Oxymell Hellebor. Majus, Syrup. & Elect. Dia Sennæ: Pilulas Balſamic. *Cnoeff.* & Extr. Panchymag. *Zvvœlff.* Ad normam v. Petr. Joh. Fabri, Myrothec. Spagyr. l. IV. c. 17.

℞ Per

℞ Per deſcenſ. elab. Ol. Helleb. Nig. Ol. deſtill. Aniſ. a g. vj. in Ovo ſorbili.

℞ Extr. Helleb. c Spir. Vin. Nigr. facti ℈j Magiſt. Jalap. gr. vj. Maſſ. Pilul. Ruff. ʒß F. Pilul. div. in 2. Part. æq.

Confer *Rhodium, in Not. ad Scribonium Largum, Joh. Tilemann. atq; Petr. Morellum de Materiâ Med.* Reſinoſa ſtimulo inſtructa, fortius diſſolvunt, cum impacta mucilaginoſis fuerint. Ad illa referatur Magiſt. Jalapp. Scammon. & Gum. Guttæ, Mochoac. Gumm. Ammon. Galban. Bdell. Opopan. Seq. Pilul. magni uſus, laudat Sylvius, l. 1. c. vij.

℞ Gumm. Ammon. c. Acet. ſol. ʒß. Maſtich. el. ℈j
Trochiſc. Alhand. Magiſt. Scamm. aa gr. XXX.
F. Pil. N. XLIIX. deaur. Doſ. N. IIX.

℞ Magiſt. Jalapp. gr. IV. Scamm. gr. ij
▽ Cinam. ʒj. ſolv. & d. in Vitr.

Mercurialia, quæ facultate ſpecificâ Virulentiæ Venereæ reſiſtunt *Illuſtr. Sennerto, T. VI Med. Pr.* mirabiliter renovant depravata Beguino, l. 2. Tyroc. Chym. & Untz. in Anat. Mercurii. Ut ideò *juxta Joh. Hartmann. Prax. Chymiat. p. 324.* Purgationes Mercuriales hic maximè locum habeant, cautiſſimè provocandæ tantum in Cacochymiâ virulentâ, aliquot Graniis Mercurii ♎i aut ☿i, ſemper tamen dirigendi in ſcopum deſideratum per commixtionem, Eſſentiar. Extractor. & Maſſarum Pilularium, quæ Alvum turbando, Humores deorſum propellant.

℞ Extr. Panchym. Croll. gr. IIX. ☿ii ♎i dulc. gr. vj.
Ol. Cinam. q. ſ. F. Pil.

§. 4. Diuretica, quæ limoſitates propellant ſanguinis, & ſtranguriam demulceant, commendanda quidem; præſente tamen Gonorrhæâ virulenta, & ſuppreſſione lotii, evitanda ſunt illa, quæ acida ſentiuntur & acria inſtar Spir. Vitrioli, ♂is, ♀, ⊖ & ♀i, Pil. de Canth. Ol. Tereb. & Junip. Quibus exulcerati meatus urinarii, magis punguntur, & ſtagnantes humores ſalini, promptius affluunt. Eligenda igitur, quæ oleoſitate dulci Aciditatem ſimul obtundunt, temperant atq; præcipitant; viſciditates verò virtute ſaponariâ abſtergunt, ad mentem

rem Helmontii. Atq; in hunc ſcopum conducunt Ol. Amygd. d. & a. Aniſ. Fænic. Rad. V. ap. Sem. IV. fr. Maj. Sem. Viol. purp. Saxifr. Oc. Cancr. Os Sepiæ, Sang. Hirc. Lapis Microc. Carpionū, Percar. Pulv. Buf. Croll. ⊖ Ranar. Geniſt. ⊖ ♀ Sarment. vit. Liquor Nephrit. Mineralis, Magiſt. Lap. Microc. Species Nephr. & Lixiv. Diuret. Mynſich. Syrup. Alth. Fernel. Byzantinus, it. de V. Radic. aper. Tinct. ♀ri, Lixiv. Polychr. *Rolf. L. V. Sect. II. Med. Spec.* Similia lixivia mirè prædicat *Williſ. Part. 2. Pharmac. Nat.*

℞. Tinct. ⊖ ♀r. ʒj. doſ. g 30. in Dec. Lignor.

℞. Ol. Aniſ. Junip. an. ʒj. doſ. g. X. in decoct. Lign.

℞. Sem. Viol. Purp. Milii ☉is IV. Frig. Maj. aa ʒj
Amygd. d. ʒij. c.q. ſ. ▽. Saxifr. F. Emulſ.

℞. Magiſt. Ocul. Cancr. ⊖ Frax. Junip. Abſ. aa ℈ß.
Div. in 2. Doſ.

℞. Elix. Lithonthr. Rollf. Chym. l. IV. a ℈ß ad ℈j.
Spirit. Diur. Grüling. Floril. part. vij à ʒß ad ʒj.

§. 5. Ut Humores diſcutiamus verſus Circumpheriam, Diaphoretica præbemus liquida, fixa, volatilia, ſpirituoſa, & ſpecifica. Liquida quidem infarctos ductus promptè ſubeunt, & viſcidam maſſam Sanguinis penetrant, imprimis ſi Spirit. Vini fuerint copulata. Fixa in Diatheſi Sanguinis acidâ conveniunt, quorum particulæ ⊖li acido occurrentes, cum eodem ſpumosè efferveſcunt, prout ex Limat. ♂is vel ⊖ ♀ri & affuſo Spir. ⊕li liquet. Huc ergo ſpectant Pulv. fixus Antimonialis Valentini. Antimonium Diaph. Bezoart. Miner. Simpl. ♃le, ♂e, ☉e, ⊖ ♁ii Zwælff. Cinnab. Antimonii, Pulv. Pannon. Sal Guaj. Bux. Tart. Cent. Min. Scord. Oſſea & Teſtacea quælibet. Volatilia acria inciſam ſanguinis compagem reſerant, & volatiliſant cruditates indigeſtas. Commendo ⊖ vol. CC. vip. Serp. Succ. Tartari, Fl. ✳ Spir. ✳ci. CC. c. Sal vol. Fulig. Inter ſpirituoſa, quæ ex Sulphureis & Salinis conſtant, excellit Spir. Ther. Camphor. Spir. Diatr. Diap, Spir. Vin. Camph. Tinct. Tartari, Antimonii, Tinct. Bezoart. Mich. Specifica ingrediuntur Anti-Venerea, ex Lignis compoſita, ſcil. Spir. Eſſ. Extr. Vin. decoct. & Salia tàm Guajac. quàm Saſſafr. Reſin. Guaj. Extr. Sarſap.

℞. Bezoart. ♃, ♂is, aa gr. X. Fl. ✱ci gr. V.
℞. Spir. CC. c. ⊖ vol. Succ. alb. rect. aa ʒj.
Tinct. ♀ri ℈ij. d. in Vitr. Doſ. XL. gutt.
℞. Eſſent. Lign. Guaj. ʒß Spir. Fulig. ✱ci vol. aa g. VI.
℞. Spir. Theriac. Camph. ʒiß Tinct. Bezoart. Mich. ℈j.
℞. Extr. Guaj. ℈ß Diaſc. Frac. ʒiß Pulv. Pann. ℈j
Rob. Samb. ʒij. M. d. in Fict. S. Schwitzlattw.

§. 6. More internorum Diaphoreticorum, humores fuſos liquefaciunt externa Balnea, imprimis Laconica. Cum vapore Patiens calorem haurit ex variis Æſtuariis *Severini, l. 1. Pyrot. Part. 3.* Cortinulâ plicatili *Geſneri, T. 2 Theſ. Chym. Part. IV.* Mantello ligneo, *Ang. Sala, Tern. Bezoart. cap. 18.* Lectulo ſudorifero, *Tenzel. Exeg. Chym. Sect. V.* & Laconico quadrato *Palmarii d. L. V. cap. 17.* Rarefactura cutim Aura, ut ſerpat intra Carnem, Venas & Nervos, vel Halitum edimus accenſo Spiritu Vini, vel candentibus ſilicibus calidè affundimus, Aquam Medicatam, decoctum appropriatum & annoſum vinum. Exhalationem ſalutarem ſuſcipit ægrotus vel decumbens, vel inſidens undiq; circumfuſum vaporatum imbibit per Poros, exerto tantum capite. Hujus Sudationis Modus, Tempus & quantitas Prudentiæ committitur Medici. Abſolutâ autem illâ, Aër cubiculi calefaciendus, corrigitur ſuffimigiis ex Olib. Ladano, Myrrhâ, Styrac. gran. Puleg. & *Calaminth.* Vires ægri inſtaurantur juſculo refocillatorio, Morſulis atq; Trochiſcis Cordialibus, vel Pane aromatiſato, & Vino optimo madefacto, *v. D. C. Clandin. de Ingr. ad Infir. in App. Sect. X.*

§. 7. Lenioribus præſidiis non cedente Lue inveteratâ, generosè moveatur Mercurialis Salivatio. Hæc enim fermentatas Lymphæ & Sanguinis quiſquilias acidas, copioſiſſimè evacuat per Salivales ductus. Niſi prohibeant illam nimia cacochymia, virium imbecillitas, decrepita Senectus, frigiditas hyemalis, corporis tabeſcentia, ulceroſitas oris, & reſpirationis difficultas, tanquam Herculeum Auxilium in uſum ſapientiſſime vocatur. Quicquid opponat *Sylvaticus, Montanus, Fernelius, Torella & Francancianus.* Id certè confeſſum eſt ab omnibus, ad contumaces Syphilios affectus expugnandos, nil præſtantius extare Mer-

curio:

curio: cujus apparandi varios modos ideo deſcripſerunt *Oſvvald. Crollius. Bernhard. Penott. Matth. Unzer. Joh. Beguin. Zvvælff. & Patr. Joh. Faber Chirurg. Spag. ſect. 3. c. 13.* Exhibetur Mercurius Internè & Externè : Internè quidem ſub Forma ſuffimigii aut Maſticatorii. Fumum ☿ii ♎ti cum odoriferis aliis, periculoſiſſimè inſpirabant per Tubulum intra Fauces. Reſolutus enim in vaporem maximè nocivus eſt Nervis & nervoſis Membranis. Qui ex ☿ii dulc. ℈ß, Maſtich. pulv. ʒß & ſq. Terebinth. Ven. Pilulas Maſticatorias conficiunt, aliquantulum malè & dentibus & Gingivis conſulunt. Commodius igitur ☿ii ♎ti dulcis, & 🝟ti rubri grana aliquot pro interno uſu miſcentur Bolis, Conſerv. & Extractis. ℞. ☿ii ♎ti dulc. gr. VI. Conſerv. Roſ. Viol. aa ʒß F. Bol. N. 2. Notandum verò Mercurialium Uſum per aliquot dies continuandum eſſe gradatim, donec Evacuatio Salivalis ſubſequatur.

§. 8. Externè Mercurius applicatur ſub Forma (1) Unguenti. ☿ii vivi ℥j, ℥ij ad ℥iv, ſubigunt cum Ung. Roſac. Pomat. Ol. Laur. expr. & ſimilibus. vel ℞. Ung. ☿ale Auguſt. Neap. Sennert. Rollfin. In conclavi calido, juncturas inungunt Articulorum, & Spinalem Medullam; vel quoq; deraſum caput, tanquam Pituitæ Metropolin, juxta Hippocratem. Seipſum per 3. dies inungens Patiens, IV. die Salivationem expectat; caliditate tamen Lecti, Aëris & Cubiculi, eſt juvandus ſemper. ℞. ☿ii viv. ℥iv, Ung. Roſac. Pomat. aa ℥v. Miſc. in Mortar. lapid. Piſt. ligneo, donec Mercurius ſit abſorptus. Adde Ol. Terebinth. Laur. Spic. aa ʒʒ; Styrac. liq. ʒß; Maſt. pulv. ℥j. F. Ung. (2) Emplaſtri. Mercurium miſcent cum Empl. d. Melil. Diachyl. Oxycroc. Uſus autem celeberrimi eſt Vigon. Empl. de Ran. cum duplâ vel triplicatâ Mercurii quantitate. ℞. ☿ii vivi c. Tereb. opt. extincti ℥j. Empl. Oxycr. ℥ij, Ol. Lig. q. ſ. ut F. Empl. (3) Cinguli. Cingulum Coriarium impletum Mercurio vivo, Axung. Porc. Succo Pomor. & Ung. Pomat. nudis Lumbis cum felici Salivationis ſucceſſu applicant. ℞. ☿ii vivi ℥iij Ol. ⊕li ʒß Caryoph. ʒv, ♀r. ℥iij ⊖ Gemm. ʒij Ceræ q. ſ. S. Maſſa Cinguli Rulandini. (4) Lixivii. ℞. ☿ii ♎ ℥j, Aq. Scab. Fum. Roſ. aa ℥v. Aq. Salv. ℥ij. decoq. ad ſolut. Hoc lixivio madefactam ſpongiam manè & veſperi ap-

plica Articulis. Salivans æger evitet omne frigus; Diætâ utatur mediocri; Digeſtivis internis & depurantibus ſanguinem, ſc. ☿ro ♁l. Tinct. ℥ii, ℥io Diaphoret. Bezoart. ☉ri, Spir. & Eſſ. Lign. Simpl. & compoſ. decocto Lign.

§ 9. Oris Symptomatibus cautè proſpiciendum. Vacillantibus dentibus, & eroſis Gingivis, deſine. Fauces intumefactas ablue Gargariſmatibus ex Lignis. In Ulceribus Oris illa præpara, ex Roſ. rubr. Balauſt. c. Lacte; addito Melle Roſar. & Syrup. l. Granat. l. Plantag. v. g. ℞. Aq. Plantag. ℔ ij Roſ. ℔ ß. Syrup. Myrt. Diamor. comp. Granat. aa ℥j, Conſ. Roſ. rubr. ʒij Acet. q. ſ. F. Garg. Si plura Salivationi obveniant Symptomata, vel abluenda ſunt inuncta loca Vino aut decocto Lign. & Salviæ, atq; fini Auri Luminis contegenda: vel ipſa eſt inhibenda Salivatio. Igitur Arteriis Carotidibus, & Medullæ Spinali Linteamina frigida applicant, licet non ſatis tutò. Melius deglutiendas porrigimus, Barbetti Med. Pr. l. IV. cap. V. Pilulas Opiatas. Ac aureos nummos in ore detinendos imperamus, qui attrahentes Mercurium, albeſcunt. Articulos autem dolentes puri Auri Laminis externè fovendos ſvadeo per Experientiam *Riverii, Cent. 2. Ob. 91. conf. Sennert. l. VI. Part. IV. Botall. d. L. V. Trumphii diſſ. de Saliv. Mercuriali.*

§. 10. Atq; hic quidem per Salivationem curandi modus, priori demum ſeculo inventus à Jac. Carpo, Bonon. Ferrum verò & ignem, ad evacuandos contumaciſſimos *affectus*, jamdudum nobis commendavit *Hippocr. Sect. IIX Aph. VI.* Et hujus vindex acerrimus, *M. A. Severinus, in Pyrotechniâ & Med. Effic.* Partibus igitur vitiatis tantum efficacis Ignis eſt imprimendum, quantum ad eximendum malum ſatis. Humorem enim qui creat morbum, exſiccat, abſumit, diſcutit: corroſorum oſſium Cariem & Squamas, Exoſtoſes, Verrucas, Callos, Bubones, Gummata, Nodos, Polyſarciam, Syphilia & putridorum ulcerum difficiles cicatrices, emendat. Exoſtoſi Gallicâ crebram Epilepſiam induci ſolitam, ſed candente ferramento ſanatam, narrat *Vidus Vidius l. 2. cur. Morb. c. 18* Hoc quoq; emendanda Capitis Oſſa, à Lue Venereâ corrupta, *cenſuit Ambr. Paræus l. IX. c. 20.* Gummi Syphilium Cauterio exurendum profundius, cuidam præce-

pit

pit *Leonh. Botallus*; hujus v. executionem contemnens æger, miſerabiliter eſt mortuus. Cerebrum enim ſphacelo correptum in diſſectione apparuit. Quid ergò prohibet, quin ferramento ignito vel excoquamus malignum humorem in putrefactis locis oſſeis & carnoſis; vel rumpamus irreſolubiles Tumores, ut maturati abſcedant? Efficacis hujus Medicinæ Autores habemus Græcos, Arabes & Latinos. Quæ Medicamenta non ſanant, illa *Hippocrati l. c.* Ferrum ſanat; & quæ Ferrum non ſanat, illa Ignis ſanat. Medici autem eſt prudentis, pro Circumſtantiarum varietate, diverſis Cauteriorum generibus uti; commodè Ignem immittere concoquentem; *evitare juxta Avic. l. 2. Fen. cap. 29.* Nervos, Membranas, & Ligamenta; munire partes ſanas, & loca inuſta defendere ab humorum incurſu, ad normam *Thom. Fieni, Tr. de Caut. & Holler. l. 3. Chir. c. V.* Loco Cauteriorum, quandoq; etiam feliciter admoventur Empl. Veſicatoria. His inſignes tres Exoſtoſes capitis intra XV. dies diſcusſit *Riverius, Cent. IV. Obſ. 19. conf. Foreſt. l. 32. obſ. 16.*

*§.* 11. Subinde tamen contingit, ut emaciati Ægri non ſuſtineant fœtidam ſalivationem, & crudelem chirurgiam reformident; Ordinaria verò per ſudationes Methodus, ſatis feliciter non ſuccedat, modò propter Vires, vigiliis & doloribus abſumptas, modò propter immanes oſſium nodorumq; torturas: atq; tunc quidem, ſvadente Ettmüll. Chir. Inf. c. 3. imitandus eſt Conatus Dantiſcanorum, qui Militi inveteratâ Lue Venereâ, cum Ulceribus in Tibiis, Tumore Brachii dextri, doloribus Capitis horrendis, atq; gummatoſis Nodis in Oſſibus laboranti, Reſ. Scamm gr. vij diſſ in Eſs. Guaj. ℥iij. infuderunt per apertā venam. Unde ſequente vomitu, ſubita omnium Symptomatum facta eſt remiſſio, ſpatio XXIV Horarum, & poſt triduum ſecuta ulcerum coalitio, ſine Empl. prout *ex Dan. Major. delit. Hyb. 3.* recenſet *Sigiſm. Elsholt. Clyſm. N. c. 8.* Commodè igitur infunduntur Spir. & Eſſ. Lign. cum Spiritu Fumar. paratæ: quibus tamen quandoq; ſubſtituuntur Spiritus Junip. *cum Helm. Tit. Arb. vit.* necnon Cochl. & Fœnic. vel Eſſ. Scordii Vincet. Zedoar imprimis ſi vol. ⊖ CC. Spir. ✳ & Spir. Theriac. Camph. acuantur. Qui verò vim peculiarem, renovandi venenatas ſordes,

*cum Ath. Kirch. tr. Tripl. Magn.* tribuunt Serpentibus & Viperis, harum maximè ⊖ vol. ſol. per liquorem appropriatum, vel Eſſ. Viper. Alexiph. Zwœlff. Anim. Pharm. Cl. XII. injiciunt, atque pro mitigando ſenſu & motu dolorifico Spirituum, aliquantulum ſol. Extr. opiat. atq; Tinct. Papav. errat. addunt. Sic variè & evacuat & alterat Infuſoria chirurgia.

§. 12. Sed ritè jam evacuatis humoribus vitioſis, interior maſſa ſanguinis & Lymphæ eſt alteranda Salinis volatilibus & fixis, terreis, ſpirituoſis, Aromaticis, Oleoſis, atq; ſpecificis Alexipharmacis: Salia vol. obſtructa reſerant, Putredinem balſamicâ acredine conſumunt, incidunt pituitam viſcidam, reſolutas quisquilias diſcutiunt, Fluiditatem ac effervescentiam vitalem reſtituunt ſanguini, corroſivas verò & fixas aciditates, contemperant atq; volatiles magis reddunt, *v. Williſ. Pharmac. Rat. Part. 1. Wedel. de Fac. Med. l. 1. Sect. 3. cap. V.* Illorum ingens copia ſubeſt in Anti-ſcorb. ac Alexipharmacis quibuslibet: Et quidem (1) inter Naturalia, in *Radicib.* Pimpin Galang. Angel. Zedoar. Elen. Imperat. Contrayer. Meu, Armoraciæ, Ariſtol. rot. ſerpentar. Virgin. & V. Aperient. *In Foliis & Herbis* Cochl. Naſt. Anth. Menthæ, Salv. Scord. Puleg. Chelid. Min. Chamædr. *In Floribus* Roriſm. Jaſm. Lil. Conv. Lavend. Pæon. Mar. Spic. noſtr. *In Baccis* Ebuli & Junip. *In Semine* Eruc. Sinap. Aquil. Naſturt. Petroſ. *In Cortic.* Cinam. Aurant. Frax. Chinæ de Chin. *In Reſin.* Maſtich. Amm. Galb. Succ. alb. Styrac. calam. Terebinth. In ♀ro, ✻, Camph. Fulig. vip. Serpent. Cerv. & Hirc. Sang. Atq; in variis horum paratis Spiritibus, Tinct. Ol. Eſſ. Extr. Inf. & Vinis Medicatis. conf. Rollfinc. Med. Spec. Comm. l. XI. (2) *Inter Artificialia* (1) in ⊖ vol. Vip. Serp. CC. Cochl. Naſturt. juxta Mœllenbrocc. Sang. Hirc. & Cerv. Succ. alb. Cranii, Sang. ac Urin. Homin. Fl. ✻ci, atq; demum ⊖ ♀ri vol. ex ipſo fixo ⊖ ♀ri, ad mentem Helmont. & Beckii, reſuſcitato per deſtillationem. It. quibuslibet Fr. Sylvii ⊖ volat. Oleoſis, & Ol. ⊖no vol. Conſtare enim Olea, ex reſolutis ⊖us volatilib. conatus demonſtrare nobis Jac. Barner. Tr. Spir. Vin. ſine Acido. (2) in ♎bus ⊖ ✻ci, CC. Liq. CC. Succin. Urinæ, ⊕li vol. ⊖ & ♀ri rectif. Fulig. Spir. Vin. Camph. Theriac. Camphor. item Menth. Cinam. Zedoar.

Cochl.

Cochl. Junip. ſalv. Lumbr. terr. nec non Spiritu Alexiphar. Compoſ. *Zvvœlff. App. p. 55.* Anti-Scorb. *Rollf. Chym. l. 3. cap. 20. & Fr. Decker. l. IV, Pr. c. 3.* (3) in ▽ Prophyl. Amſtel. cujus deſcriptio *ap Barbett. l. 3. Pr. c. 3.* in ▽a Anti-Scorb. *Mynſichtii, Armam. Chym. Sect. 19. Mollenbr. de Cochl. c. XI. Williſii d. Scorb. cap. 7. Matth. Mart. d. Scorb. §. 191. Timai à* Güldenklee/ *l. 3. Coſ. Med 33. Sennerti, Querc. Dorncr. Döring.* quarum formulas habet *B. D. Sennert. d. Scorb, cap. vij.* (4) *In Tincturâ* Bezoart. *Mich. & Ludov.* 🜿ri c Spiritu ⊖ 🜿ri vol. *Frid. Hoffm. Theſ. Pharm. Sect. 28.* Antidot. *Rollf.* Corall. Saſſafrat. *Michael.* 🝀, Rhabarb. Chamædr. Abſynth. Bacc. Junip. (5) *Eſſentiâ* Alexiphar. *Zvvœlff. App. p. 30.* Anth. Agrim. Lignorum, Guaj. Chinæ, Galangæ, Cort. Citr. Evpator. Abſynth. Compoſ. Scord. Succin. Fl. Cent. Min. Theriac. (6) *In Extr.* Antiven. Serpent. & Viper. *Petr. Poter. Pharm. l. 1. Sect.* vj. Acor. v. Angel. Contrayer. Cortic. Aurant. Caryophyll. Cinam. Galang. Junip. Menth. Sambuc. Sarſap. Scorzon. Valer. (7) *In Elix.* Propr. Parac. cum Spiritu ⊖ ✱ci; Elix. Citr. Alexiphar. Peſtilent. Anti-Scorb. Febr. Splenet. & Anti-Hypoch. Crollii, Paracelſ. Zvvœlff. Mynſichti. Syrupos, Conſervas, Electuaria & quælibet Saccharata, niſi delicatioris ſint Palati, nullis concedenda exiſtimat *Gualt. Charlet. d. Scorb. cap. XI.* Tum quia in eorum præparatione vix fieri poteſt, quin magna pars Spiritum volat. qui Herbis inſunt Anti-Ven. & Anti-Scorb. undeq; maximas virtutes nanciſcuntur, inter coquendum diſpergatur in Aërem: Tum quod Succus ille in ⊖is formam concretus, quem Saccharum vocamus, utut palato dulcedinis ſpecie ſubblandiatur, reverâ tamen ⊖ in ſe contineat acerrimum & corroſivum, quod conſtat ex Analyſi ejus Chymicâ. Quippe Saccarum per ſe deſtillatum, liquorem largitur vix Aquæ Chryſulcæ acrimoniâ & vi corrodente cedentem. Adjicias & illas rationes, quibus Saccharum & Saccharata tam Scorbuticis, quam Venereis nocere, abunde probant, *Dorncrell. in Præf. Diſpenſ. Mollenbr. Tr. de Arthr. vagâ, & Tackius in Conſang.* ☉, *Vini, &c.* Ex enarratis varias concinnare ℞. Formulas, licet cuivis ſit promptum, juvabit tamen addidiſſe more conſveto Paradigmata.

℞. Eſſ.

℞. Eſſ. Lignor.
Galang. aa ʒj
♎us Theriac. Camph. ʒjß
Tinct. Bezoart. ʒij
d. in vitr. doſ. 40. g.

℞. ⊖ vip. vol.
CC. aa. gr. vij
Rob. Junip. ʒj
d. in Vitr.

℞. ♎us ✱ci ʒß
Cochl.
CC. c. ⊖ vol. aa ʒj
Elix. Propr. Par. ʒiij.
d. in vitr. doſ 30 g.

℞. Extr. Anti ven. Poter. ℥ß
Aq. Anti-Scorb. Doring.
℥ij
d. in Fict.

Alteriersafft uff 1. mahl. Alteriertranck uff 4. mahl.

§. 13. Conſideranti mihi ſubitò factam Alterationem, miſti cum ♎u ⊕lico acido, ⊖is ♀rei lixivioſi, & omnis Aceti l. Acidi, cum Saturno aut Marte coagulati, dulceſcentiam; Inſpicienti etiam, monitore Helmontio, & experientiâ teſtante, Butyrum non condenſari, ſi Lacti Alcaliſatum ⊖ injectum fuerit, eò quod Acidum coagulans ſit abſumptum, ita videtur; ⊖ia fixa & lixivioſa, Acidi Poteſtates domare ſaturando, viſciditates pituitoſas abſtergere, Lixiviorum more mundificare Corpus, effervescere cum hoſtilibus Acidis; colliquefacta facilè, iterum diffluere per Emunctoria, & diſſipandæ Luis Cauſſæ convenire, debitè adhibita. Evitanda enim eſt nimio illorum uſu diſſolvendi Sanguinis rarefactio, cum, infuſo copioſè Ol. ♀ri deliquato in Sanguinem venoſum Canis, hunc ſpumantem exſpiraſſe vitam, notaverint Chirurgiæ Infuſoriæ Patroni, *teſte Etmüll. l. c. cap. 1.* Igitur vel Pulveribus & Terreis, vel Electuariis & Succis expreſſis miſcenda ſunt, ne acris ſapor deglutientia Organa, & tumidas ſæpè Fauces pungat. Singula illorum, quanquam unius ſaltem virtutis & indolis alcalicæ hodie perhibeantur, ſpeciatim tamen appellantur vel ſimplicia, ⊖ia ♀ri, Guaj. Scord. Fumar. Chamæp. Card. B. Frax. Abſynth. Ciner. Clavell. Agrim. Cent. Min. vel Compoſita, ut Arcanum dupl. Holſat. Anti-Scorb. Splenet. Cordial. & Anti-venerea, *de quib. Mynſicht. Armam. Chym. Sect. 11.*

§. 14. Cum ⊖us lixivioſis ferè in Operationibus conveniunt, quorum Pars maxima eſt Terrea, Calx emortua, inſipida & exuſta. Hujus generis per Artem elaboratas Medicinas, voco

Pulv. ♁ii alb. & fix. Valent. ♁um Diaphor. CC. uſtum, Magiſt. Perl. Corall. Cern. Alc. Matr. Perl. Oc. Cancr. Succ. albi, Ebor. Mandibul. Lucii; Gemmas pp. Granat. Hyacinth. Rubin. Sapphir. Chryſol. &c. quibus commiſtis utimur in Elect. d. Gemm. & calido & frig. in Confect. d. Hyacinth. Specieb. lætificant. Galen. & Confect. Liberant. His quidam, invitis Chymicis, addunt, Metallorum legitimè fixata 🜍ra, quibus tota Morborum cohors, & iratus Archæus obediat, juxta *Helmont. Tit. in Herbis & Verbis, &c.* Ideò tàm glorioſus eſt *Poterius, Obſ. & Curat. Cent. 1. Cap. 2.* in prædicandis eorum miraculoſis virtutibus. Hinc inquiſitio illorum tàm anxiè torſit *Paracelſum cap. 7. de Reb. Nat. Libav. in Synt. Arcan. Chym. & Polem. in Novo Lum. Med.* Verum ſimiles ſuperioribus, ſitientes Calces, ipſa benigna Natura ſubminiſtravit, ſc. Terr. ſigill. Corall. ♋ Cancr. Corall. Cretam, Lapid. Perc. Perl. Bezoar. Teſtacea, &c. Conjunctim autem & Artis & Naturæ ſpecies, Aciditates in Sanguine luxuriantes, vel abſorbent & imbibunt, vel figunt & corroſivam L.V. cauſſam mitigant, prout Chymica tentamina, nos perſvadent quotidie, allegata etiam *à Joh. Bohnio, in Epiſt. d. Alc. & Acido.* Nunc ſupereſt, ut ex utrisq;, & ⊖bus lixivioſis, & calcibus inſipidis, Pulveres, Electuaria, & Mixturæ, ſ. a. conficiantur, ad normam *B. D. Sennert. l. IV. de Febrib.*

℞. Pulv. Bezoart. D. Senn. ʒij
Lapid. Bezoart. Orient. gr. vij
Bezoart. Miner. gr. xvj
Rubin. Granat. Hyac. aa. ℈jß
F. Pulv. doſ. ℈jß

℞. Pulv. Pann.
Spec. d. Hyac.
Conf. Lætif. aa ℈ß
Diaſc. Frac. ʒij
Aq. Scorz. ℥ß
Fl. Samb.
Card. B. aa ℥j
M. D. in Fict. uff 2 mahl.

℞. ⊖ Scord.
Junip.
🜿ri ⊕l.
Abſynth.
Arc. dupl. aa gr. IIX.
Bezoart. ♃
♂is aa gr. X.
F. Pulv. div. in 3. doſ.

§. 15. Spirituoſa, quæ inflammabilitas diſtingvit à ⊖nis; lim-

pida fluiditas & deſtillatio à globoſis molleculis Oleorum, illa obſcuratum vitæ Spiritum illuminant, obfuſcantes Nebulas diſſipant; Facultates reſuſcitant depravatas; inſtaurandis Naturæ Viribus ſuccurrunt, & fœdæ Luis Cauſſas adoriuntur, cum viſcidam Pituitam calore ſuo concoquant, ac corroſivam infringant Aciditatem, tanquam maximè notum nobis Principium, abominabilis Morbi, etiam *juxta A. Severin. l. IV. de Secr. Abſt.* cap. XXIII. Experimur enim corroſivum ☿um ♎um, cuivis Medicinam facturo, ob atrocem Indolem exoſo, evadere benignum & dulceſcere, per Spir. Vin. ſæpius affuſum & abſtractum. Rodentem Aquæ fortis aciditatem, tantoperè Spir. Vin. hebetat, ut etiam internê poſſit tutò uſurpari, licet antea ſolus Odor Atrophiam Corpori attuliſſet. *Beck. Exp. p. 40.* Acidiſſimus ♎us ⊖is & ⦶i, propter reiteratam cohabationem Spir. Vin. tam mirê dulceſcit, ut dulcis exinde dicatur. *Schræd. Pharm. l 3. cap. 15.* Igitur juxta Mentem Franc. Sylvii Tr. de L.V. Vis eximia, temperandi in L. V. acrimoniam acidam, ineſt Spirituoſis, quæ petuntur ac evocantur ex generoſo Vino, Vini Fæcibus, Frumento fermentato, & Vegetabilium Floribus, Herbis, Fructibus & Baccis, per antecedentem Fermentationem deſtillatis in ardentem liquorem Comprehendunt autem (1) ſimplices Spir. Vin. rectificatiſſ. Frumenti, Spiritus ardentes Fl. Roriſm. Roſar. viol. Borrag Bugloſſ. Herb. Menth. Salv. Meliſſ. Fructuum redolentium, Baccarum ſucculentarum, Junip. Sambuc. Ceraſor. nigr. Semin. calid. &c. de quib copioſus eſt *Angel. Sala in Anat. Eſſ. Veget. & Aphoriſ. Chym. Febure, Glauber. atq; Glaſer.* (2) Compoſitas cum ♎ſis ſimplicibus Medicamentorum ſpecies varias, Eſſent. Ambr. gr. Meliſſ. Angel. Cort. Citr. *Bolneſt. Auror. Chym. p 2.* Eſſ. Lign. LL. Convall. Saſſafr. Junip. Flor. Cordial. Eſſ. Theriac. Camphor. Elix. vit. *Matth. & Rolf.* Peſtilentiale Crollii, Aromat. Mynſicht.

℞. Eſſ. Ambr. ℈ij
♎ Roſ. ʒij
▽ Cinam.
Elix. Vit. Matt. aa ℥ß

℞. Eſſ. Fl. Cord.
Junip.
Meliſſ. aa ʒij
Lign. SS. ℥j
doſ Cochl ß in
Vino tepido.

§. 16.

§. 16. Aromatica, quæ ex ⊖e vol. Oleoſo & acri conſtant, Ol.
æthereo reſtaurant ♎us vitales, ⊖ vol. torpidam Sangvinis ef-
ferveſcentiam redintegrant, diſſolvunt coagulabiles Humores a-
cidos, eosdemq́; infringunt, obtundunt & profligant. Igitur
commodè applicantur ab illo, qui Opem ſuam pollicetur L. V.-
laborantibus. Virtus eorum modò extracta latet in ♎bus, Tin-
cturis, Eſſent. & Elix. Chymicorum, v. g. in ♎u Apopl. *G. Mœb.*
▽ Carbunc. *Maximil. & Schræd.* Eſſent. Alexipharm. Elix. Ce-
phal. & ▽ Antidot. *Zvvœlff.* ▽is vitæ *Renod. Horſt. in Pharm.*
*Cath. & Querc. in Pharm. Dogm.* modò ruditer commiſta, Activi-
tatis ſuæ Radios ſpargit ex Speciebus, Rotulis, Electuariis, &c.
ſc. Diaſcord. Fracaſt. Antid. Matth. Mithrid. Damocr. Theriac.
Androm. Acor. Condit. Diacor. Meſu. Confect. Alcherm. Aureâ
Alexandr. Trypher. Magnâ Nicol. & Minor. Meſu Trochiſc. Xy-
loaloet. Specieb. Aromat. Roſat. Diarrhod. Abbat. Diatrion. San-
talin. Diagalang. Lætificantib. &c.

§. 17. Oleoſa, cum omne Acidum calefaciens & arrodens ob-
tundant, prout in Febribus ardentibus, & ſtranguriâ, ex frigido-
rum Seminum Emulſione colligendum nobis eſt; illorum quo-
que applicatio, in acidâ L. V. ſalutaris eſt. *S djudico, accipien-*
*da tantum eſſe Olea expreſſa, mucilaginoſa, dulcia & temperata;*
*qualia pro interno uſu modò exprimuntur ex Olivis, Amygd. dulc.*
*& Nucibus variorum generum: modò cum temperante ▽ fl. Pa-*
*pav. errat Nymph. Fl. Samb. & Roſar. emulgentur ex Amygd. &*
*IV. Seminib. frigid. Maj. atq́; Minor. Vel etiam capiuntur cum i-*
*pſis, in quibus hærent, Corporibus, nimirum Bolo pingui, Baccis Oleo-*
*ſis & Animalium pinguedinibus. His commodè propter affinitatem,*
*cum Charletonio addenda ſunt Lacticinia: Lac nempe Caprinum,*
*(maximè, ſi Capra Anti Scorbuticis alatur) Aſininum & vacci-*
*num, (Aquâ Taraxaci deſtill. dilutum) quibus ab ubere adhuc tepi-*
*dis inſtillatæ ſunt ♎tus ✳ci aliquot guttulæ; Et abſentibus illis,*
*Serum Lactis Bubalini, temperatioribus Anti Scorbuticis im-*
*prægnatum: It Aq. Limacum & Lumbric. Magiſtrales; Juſcula*
*Limacum vel Aſtacorum fluviatilium, cum Taraxaco cocta, & o-*
*mnia Alimenta Medicamentoſa, quæ Chylum dulciorem ac pin-*
*guiuſculum ſuppeditando, Miaſmatis Venerei Acrimoniam aci-*
*dam, obtundendo ſenſim enervent.*

§. 18. Atq; hæc quidem per Alterantia curandi Ratio, Cauſſas V. L. nobis hactenus perſpectas, exactè reſpicit. Specifica Malignitas, totâ ſubſtantiâ morbificans, Alexipharmacis quoq;, vi Experientiæ, Specificis, eſt ſubjuganda. Illorum quædam Primaria ſunt, ut ☿ius, Guajac. Saſſafras, Sarſaparilla, Saponaria & Chinæ Radix: quædam Secundaria, ut Lignum Buxi, Junip. Oleæ, Fraxini, & Præparata Viperina. Mercurialibus, quæ admirandam opem hîc conferunt, *judice Ol. Worm. l. 1. Muſ. Rar & Cæſalp. d. Metall. l. 3. c. XI.* articulorum juncturas & Plantas Pedum externe inungimus; Humores iisdem internè movemus, ut ſalutaris excretio & Ptyaliſmus ſubſequatur; de quo medendi ordine in ſuperioribus dixi ſatis. *Joh. verò Hartman. Pract. Chym. p. 327.* ♎us ☿alis albi vel rubei g. ij. in Spir. Guaj. & Theriac. Mist. propinat, quæ Superiores quibuslibet Medicinis, omne nocivum expellant per Sudorem, & inveteratas Radices facillimè exſtirpent, modò vires conſtent, Sudori ſufficientes. His longè tutiora cenſeo *cum Fernel. d. L. V. c. 7.* Antidota Vegetabilia, quæ internè, tanquam Medicinæ Alterantes, Diaphoreticæ, & ordinariæ Potiones, liquida hauriuntur: Ad abluendas autem Puſtulas, ſopiendos dolores, & ſiccanda ulcera fætida, externè uſurpantur. Curandi iiſdem Ægri, Diætæ aſſuefiunt mediocri, quotidiè in Laconico largiter ſudant, ſvadentibus Circumſtantiis ſolvunt leniter Alvum, & Potus loco, vel Infuſo Anti-Venereo, vel Decocto Lign. Secundo & Tertio, utuntur. Medici eſt, ex Alexipharmacis Specificis cum 🜄 ſimpl. l. deſt. procurare Infuſa atq; decocta, quæ additis Seminib. calid. Glycirr. uvis paſſis, ſol. Sacch. atq; appropriatis Succis, interdum edulcorat delicatulis atq; diluit. Imprimis proficua videntur, Poterii l. 1. Pharm. Spag. decocta Anti-V. bis data in die ad ℥jv & ℥vij Farraginem *illorum v. ap. Majnvvar. d. L. V. c. 14. Amat. Luſit. Cent. 4. Cur. 15. Foreſt. l. 32. obſ. 15.* Laudandæ virtutis Sudoriferum Anti-V. eſt illud *Pauli Barbette Prax. Med. l. IV. & Cap. IV.* ex Lignis concinnatū, quod ℞. Lig. Guaj ℔jß Sarſapar. Chin. aa ℥iij

Rad. Irid. Flor. ℥j inf. per 24. horas

in ſ. q. 🜄 comm. coquant. parum. Colat. evaporatur ad ℥iij. quæ diſſolv. in Aq. Petroſ. ℥xvj. Elix. Citr. *deſc. A. Sala* ℔j. Filtr. per Manicam Hipp. & add. Julap. Roſ. q. ſ.

§. 19.

§. 19. Animadvertens *Quercet. in Pharm. Dogm.* Partes ♀eas & Oleoſas Guajaci, in decoctione exhalare, Scobem hujus per Retort. in ♀um deſtillandam commendavit, cui etiam plurimum tribuit *communis Medicorum Doctor, Dan. Sennert. lib. VI. P. IV. cap. 13.* doſ. à ʒß ad ʒj. Ergò loco decoctorum, hodiè capiunt Extr. Anti-Ven. l. Guaj. *Poterii* ʒj ad ʒij. Magiſt. Guaj. à ℈j ad ʒß cum Sudorif. in formâ ſolidâ. Eſſent. Guaj. Chinæ Saſſafr. Spir. Saſſafr. Eſſent. Lign. & Tinct. Corall. Saſſafrat. J. Michaëlis. Magiſteria v. Pilulis, & ipſa Antidota Venerea Pulverib. ac Electuar. immixta, ægrè penetrant in alterandam Maſſam Sanguinis.

| | |
|---|---|
| ℞. ♀us Guaj. | ℞. Extr. Anti-Ven. |
| Saſſafr. aa ʒj | Poter. ʒij |
| ▽ Anti-Scorb. Döring. ℥ß | Tinct. Corall. Saſſafr. |
| d. in Vitr. | Magiſt. Guaj. aa ℈j |
| | d. in Fict. |

§. 20. Pares ferè cum his agendi Poteſtates exerunt Viperinæ Carnes, quæ virulenta Miaſmata Luis, magneticâ virtute ex corpore morboſo imbibunt. Plures Elephantiacos Carne Viperar. coctâ, & Vino Vip. Medicato reſtituit *Galenus, de Subfigur. Empir. c. 12.* Multiplici experientiâ confirmatus, ſpem concepit certam ſanandi Elephantiaſin ⊖, Pulv. Trochiſc. & Carne Viperarum. Quæ curandi ratio olim approbata à Græcis & Latinis, hodiè in Malignis & Peſtilentialibus magnoperè commendatur, *à D. Sennert. l. IV. de Febr. Cap. V. Severin. Part. ult. de Vip. Kirch. l. 3. Art. Magn. Baſſone in Philoſ. Nat.* Carnem Viperinam *Andromachus* ideò Theriacæ miſcuit: & Trochiſcos Viperinos apparavit *Galenus. Tackenium* decocto viperarum ſæpius profligaſſe Contagia fœdæ L. V. refert *Etmüll. Chir. Inf. c. 3.* Igitur in ſubſidium vocemus Pulv. viper. Alexipharm. & Confort. Bezoart. Viperino-Animale, Trochiſc. Viper. Alexipharm. Eſſent. Viper. Alexipharm. ⊖ vol. vip. & ⊖ viper. Comp. *Joh. Zvvelff, Pharmac. Anim. Cl. XII. & XIV.* nec non introducta hodie Extracta & Eſſent. Viperarum, *tam Poterii quàm Bolneſt. c. l.*

§. 21. Sic Fontem manantis Morbi internùm evacuavimus & alteravimus ſalutiferis: Scaturigines Morboſæ, quæ adhuc emendandæ reſtant, Specialia Corporis membra mundant. In Capi-

te defluvium capillorum, cohibetur (1) acri lixivio Ciner. Clavell. Abrot. Fraxini, Guajacl, Pulegii, Salv. Hoc apertis Spiraculis putridum humorem diſcutit & inſorbet. (2) Suffimigio ephalico ex ☿ii 🝞 ℥j. Cinnab. artif. ℥ß Benz. Styr. Myrrh. Ladan aa ʒij. Contrà Ophthalmiam acrem, Puſtulas & Suffuſione, Oculis inflamus edulcoratum Magiſt. Perlarum, cum ʒ Sacch. ♄i, & Tutiâ pp miſtũ. Aridam Ophthalmiam demulcent ex Saſſafr. Sar. ap. Guaj. Aniſ. Fænic. Coriand. Euphraſ. & Roſis, decocti in vino Sacculi. Tinnientes Aures, quas incurabiles dixit Fallop. unicè juvant Salivationes ☿ales, & Maſticat. Rotulæ ex Magiſt. Guaj. Pyrethro, Euphorb. ☿io 🝞o, Maſtich. & q. ſ. Ceræ.

§. 22. Ulcera Narium & Faucium corrigunt Suffimigia ex Guaj. & Cinnab. ▽a ;Oſa Compoſ. Sennert. & ☉ ſol. Hartm. Naribus turundas cum Ung. d. Litharg. & Goſſypium Ol. Spicæ imbutum, ſubdimus. Excoriatas Fauces mundificat ſolutum in ▽a Plantag. Ung. Ægyptiac. pro Gargariſm. vel quoq; Gargariſmus ex Melle Roſato, & Colat. decoct. Virid. Æris ʒß, O, Cort. Aurant. aa ʒiij. Gall. ʒij. Plantag. ſicc. Mß Roſar. rubr. Balauſt. aa Mij. Verrucas abſumunt Ol. 🜍, 🝞us ⊕li & ⊖is, maximè tamen ☿ius 🝞us c. O uſto in ∇ Plantag. ſolutus. Manuum vel Pedum aſperas fiſſuras, mitigandas cenſeo, Ung. d. Alth. & Anodyno: easdẽ v. ſanat liquefactum Empl. Dia🜍ris *Rulandi Cent. 1. Cur. 93.* vel Ung. ex Succo Hyper. Ol. 🜿ri deliquato, & Axung. Porc. Sæpe tamen omiſſo 🜿ro ſubſtituitur ☿iis 🝞us. Contumaces nimium Rhagades ſuffumigamus Cinnab. ℥j ☿ii 🝞ti ℥ß. Gumm. Junip. Lign. Aloës, Guaj. Myrrhâ & Thur. aa ʒij.

§. 23. Veſiculam cryſtallinam, circa Frænum Glandis in virili Membro, quæ aliàs longè lateq; ſub nigreſcente Eſcharâ internè mortificat, feliciter tollit Inunctio ex miſto Ol. Laur. expr. & deſt. Spicæ; Spirit. Tabaci *Hartm. commendat, cum Magneno tr. de Tabac.* Vel quoq; applicatur Ung. de Ceruſſâ, & Terra Sigill. c. Succ. pp. inſpargitur, pro exſiccandâ humiditate. Præſente hâc Veſiculâ intumefieri magnoperè Præputium conſuevit, cui ſemper ſuprà Glandem reducendo, Linteolum imponitur, vel decocto Lign. & Herbar. aſtring. ∇ Roſ. ac Plantag. vel Ung. Diapompholigos, imbutum. Ad leniendam Fiſtulæ exulcerationem, Ceruſſ. Litharg. & 🜆en in ∇ Plantag. coctum, Syphone injicimus, Conjunctas ſæpe

Carun-

Carunculas abſumimus immiſſâ Candelâ cereâ & terebinthinatâ, cui illinimus Ung. Citrinum, aculeatum Camphorâ, ☿io 🝞o & 🝟to.

§. 24. In Gonorræâ virulentâ, citato non ſupprimendâ, (1) Humor putridus ac pungitivus eſt temperandus, Ulcus v. mundandum. Priori Intentioni ſatisfaciunt Extracta Antivenerea, Emulſiones Oleoſæ Seminum frigidorum, frequens Uſus Oſſis Sepiæ, Succ. Ebor. Corall. pp. & ſimilium Alcalium: Poſteriori verò Ol. ac🝞us Terebinth. Balſ. 🜍ris Aniſat. & Infuſum Vinoſum ex Cantharid. (2) relaxatæ glandulæ corroborantib. ſunt aſtringendæ. Internè ſub Formâ Pilul. & Pulv. præbent Croc. ♂is aſtr. Myrrh. Bol Arm. *River. Cent. 2 obſ. 74.* ℞. Gum. Arab. Tragac. Corall. Mum. Bol. Arm. aa ʒj. Syrup. Roſ. rubr. Sicc. q. ſ. F. Pil. quarũ doſ. ℈j. Externè a. Regio Lumbricorum & Perinæi modò Ol. aſtring. Myrtill. Myrtino, Nard. Maſtich. & Menth. inungitur, modò fovetur decocto cataplaſmate ex Vino auſtero, *monente C. Celſo.*

§. 25. Cutem adhuc defædant Puſtulæ, Ulcera & Bubones; Membranoſa atq; nervoſa lacerant dolores; Oſſa tophaceum Gummi obſidet, atq; Caries illa comminuit. Puſtulas fomentamus decocto Lign. Ol. Scorp. Viper. Spic & Laur. Illas magis contumaces inungimus Ol. Ærug. & 🜿 per deliquium, Ol. ♄ii *Valent. & Glauber.* Liquore ☿iali & Lunari *Hartm. p. 333.* nec non ▽â Osâ & & ☿ali. Caſum Cruſtularum promovet Ol. Chamom. & Lil. alb. Ulcera maligna abſtergunt Ruland Balſ. 🜍is atq; Empl. Dia🜍is, Mumia Miner. *Poterii l. 3. Pharm. Spag.* Balſ. ☿alis *D. Sennert. l. 6. Part. IV. c. 23.* Ung. ☿ale *Hartm. p. 335 & Euſtach. Rudii l. V. d. Morb. Occ. c. 9.* Corroſivam illorum aciditatem imbibit, Saccharum Saturni, & applicata deſuper plumbi lamina. Factâ mundificatione, Sarcotica ex Balſamicis & amaris applicamus, *quæ vide ap. Fabric. ab Aquap. de Ulcerib.*

§. 26. Bubones in Inguine extrahuntur Cucurbitulis & Veſicatoriis. Emolliuntur Cataplaſm. ex Rad. Alth. Lil. alb. Cepis, Ficub. &c. Empl. Diachyl. c. gumm. Empl. Ranar. *Vigon* cum ☿io duplicato, Balſ. 🜍is *Ruland.* Maturè per tranſverſũ Cultello aperiuntur, ne acris materia deliteſcens, maximos Sinus & graviſſima Symptomata efficiat, *de quib. Hild. Cent. V. Obſ. 65.* Aperti ſervantur, quo Humor malignus transſudet, & tandem Ulcerum gallicorum more mundantur. *vid. Barbett. l. 2. & 3. Chirurg. Fel. Wurtz l. 2.*

§. 27. Dolores mitigamus internè per decocta Sarſap. & Chinæ; per laudana Opiata, 🜍ra Anodyna Metall. Diaſc. Fracaſt. & Mixt. Theriac.

riac. Opiatis acuatas: externè v. per applicationem Empl.Ranar. Vig. cum ☿io triplicato: Ceratum Anodynum *Plateri*, Fotus ex decocto Guaj.Chamom.Puleg.Salv. Ung.Anodyn & ☿ale: Inunctionem Ol. Scorp. Vip. Guaj, nec non omnibus Cataplaſm. quæ in Arthritide Scorbutica uſurpari conſveverunt,& deſcripta extant *ap. Möllenbroc. Tr. de Variis.*

§.28. Gummata Syphilia,quæ Emplaſtris ſuppurantibus rariſſimè obediunt,vel aperiuntur Cauterio Potentiali,& Injectis ▽is Oſis ac ☿bus exeduntur; vel exuruntur candente ferramento, ſi juncturas Articulorum & Tendines non obſideant. Eſcharam Empl. Diapalmâ tollimus.Oſſi abraſo inſpargimus Pulveres aridos,ex Thure,Myrrhâ, Guaj.*juxta C. Celſ.l.7. c. 12.* deſuper admovemus Empl. defenſiv. *Wurtzii*, vel Opodeltoch *Parac. & Minder.*

§.29. In Carie Oſſium,vitandæ ſunt Acidæ pinguedines & Oleoſitates, quæ Oſſa magis corrodunt; Salutarem v.Medelam edunt Ceruſſa,Litharg.Tutia,Pulv.Guaj.Sacch.Saturn.Mumia Miner.Poterii, & dulcis Croc. ♂is,probè edulcoratus Fel.Wurtzii. His benignioribus nihil proficientibus, vel ſcalptorio cultello abradendæ ſunt Oſſis fungoſitates carioſæ, vel exhauriendæ ignito Cauterio, poſtquam vicinæ Partes præmunitæ fuerint. Articulos carioſos,quos ignis emendare nequit, Serrâ amputandos eſſe, neceſſitas ſvadet. Optimè *n.Joh.Horne Microt. Sect.2.Part.1.§.32. Vitam amittunt, non ſolum Partes molles,ſed & ipſa Oſſa, quapropter ut cætera Pars Corporis tuta ſit(quandoquidem Malum ſemper ulterius ſerpit,& proximas Partes ſanas ſimili labe inficit)membrum illud abſcindere, ſatius eſt. conf. Ambr. Paranm l. XII. cap. 35.*

§.30. His rationibus curandas eſſe,V.L. implicatas Morboſitates, & eradicandas cauſſas, ut æger à futurâ recidivâ, ſimul præſervetur, juxta leges Almæ Artis judicavi;qui omnimodè præſervari mavult à quolibet hujus morbi ingreſſu, nimium ne confidat ⊖bus viperinis *Tackenii*,vel Viper. Eſſentiis, Pulverib. & Theriacalib. mixturis,ſvadeo. Occaſiones juvabit evitaſſe, quibus Contagia ſordidæ Luis injiciuntur: illas explicatas *vide in Cap.2.§.xvj.* Libidinoſi v. Auribus inſuſurrandum perhibeo illud *Horatii ſerm.l.1. Sat.2.*

*Deſine matronas ſectarier; Unde laboris,*
*Plus haurire mali eſt,quam ex Re decerpere Fructus.*

FINIS.

Benigno & Miſericordi Deo,
Laus eſto atq; Gloria.

153154

X2615746

R

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362162-p0051-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362162-p0052-7

5.

*Auſpice Chriſto!*

Diſputationem Inauguralem,

*de*

# Lue Venereâ,

*Conſenſu Gratioſſ. Facultatis Medicæ in Academia Wittebergenſi,*

PRÆSIDE

*Viro Nobiliſſ. Ampliſſ. Excellentiſſ. & Experientiſſ.*

DN. MICHAELE SENNERTO, Med. Doct.

Ejusdemq; Prof. Publ. Famigeratiſſimo,

*Dn. Præceptore, Patrono & Promotore, religioſè colendo,*

Pro Licentiâ,

Summos in Arte Medicâ Honores, Privilegia, & Inſignia Doctoralia legitimè impetrandi,

Publicè ventilandam proponit

M. ADAM PURPIUS.

*In Auditorio Majori, d. Menſ. Maij, Anno M. DC. LXXIX. Horis Ante- & Pomerid.*

Typis JOHANNIS SIGISMUNDI Ziegenbeins.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-362162-p0053-2